si accipite. fide data egressus claudi curiam iubet. presi-  
diumq̄ in uestibulo reliquit. ne quis adire curiam ī iullu  
suo. ne ue inde egredi possit. Tunc uocato ad contionem  
pplo. quod sepe inquit optastis campani. ut supplitū su-  
mendi uobis ex improbo ac detestabili senatu potestas  
esset. eam non p̄ tumultū expugnantes domos singulo-  
rū quas presidiiis clientū seruotūq̄ tuent. cur summo  
uestro piculo. sed tutā habetis ac libam. clauos omnes  
in curiam accipite solos inermes. necquicq̄ raptim aut  
forte temē egeritis. de singulorū capite uobis ius sine  
dicende faciam. ut quas quisq̄ emerit est penas pēdat.  
sed ante omnia ita uos ire indulgē oportet. ut potiore  
ira salutē atq̄ utilitatē uestram habeatis. Et enī hos ut  
opinor odistis senatores. nā senatū oīo nō hīrē nō uultis.

Quippe aut rex. quod abhominandum. aut quod unum li-  
bere ciuitatis est senatus habendus est. Itaq; dueres sit  
agende sunt uobis. ut & ueterem senatum tollatis. & no-  
uum coaptetis. Citari singulos senatores iubebo. de quib;  
capite uos consulam. quod de quoq; censueritis fiet. sed  
prius in eius locum uirum fortem ac strenuum nouum senato-  
rem cooptabitis. quod de noxio supplicium sumat. Inde conse-  
dit. & nominibus in urnam coniectis. citari quod primum  
sorte nomen exiit. ipsumq; e curia produci iussit. ubi  
auditum est nomen malum & improbum. pro se quisq; cla-  
mare. & supplicio dignum. Tum pacuuius uidet. que de  
hoc sententia sit data. Eicitur pro malo atq; improbo. bonum  
senatorem & iustum. primo silentium erat. inopia potioris  
subiundi. deinde cum aliquid omnia uerecundia quod prius  
nominassent. multo maior ex templo clamor oriebatur.  
cum alii negarent. nosce. alii nunc probra. nunc humili-  
tatem. sordidamq; inopiam & pudende artis. aut questus  
genus obicerent. hoc multo magis in secundo ac tertio citato  
senatore est factum. ut ipsi penitus homines apparerent. quem  
aut in eius substituerent locum deesse. quia nec eosdem no-  
minari attinebat. nihil aliud quam ad audienda probra nomi-  
natos. & multo humiliores. obscurioresq; ceteri erant eius. qui  
primi memorie occurrerant. ita dilabi homines. notissi-  
mum quodq; malum maxime tollerabile. dicentes esse iuben-  
tesq; senatum ex custodia dimitti. Hoc modo pacuuius eum  
obnoxium uite beneficio senatum. multo sibi magis quam plebi  
fecisset. sine armis iam omnibus concedentibus dominaba-  
tur. Hinc senatores. omnia dignitatis libertatisq; memo-  
ria. plebem affari. salutare benigne inuitare. appetitis ac-  
cipere epulas. eius causas suscipere. ei se parti adesse. sed in ea  
in lucem iudices dare. que magis popularis aptiorq; in uulgo  
fauori conciliando esset. Jam uero nihil in senatu actum  
aliter quam si plebs ibi esset. conciliium. prona se ciuitas in lux-  
uriam. non ingenuorum modo ultio. sed affluentia copia uo-  
luptatum & illecebris omnis amenitatis maritimae terref-  
trisq;. Tum uero ita obsequio principum & licentia plebei

lasciuē ut nec libidini nec sumptibus modus eēt. ad contēp-  
tum legum magistratus ut senatus accessit. Tum post can-  
nensem cladem ut cui<sup>9</sup> aliqua erat uerecundia romanum  
quoq; impium spernerent. Id modo erat in mora ne ex  
templo efficerent quod cōnubium uetustum multas fa-  
milias claras ac potentes romanis miscuerat. & quod cuz  
militarent aliquot apud romanos maximū uinculum  
erat. ccc<sup>i</sup> equites nobilissimos quosq; campanorū in p̄sidia  
sicularum urbium delecti ab romanis ac missi. Horum pa-  
rentes cognatq; egre puicerunt. ut legati ad consule<sup>m</sup> to-  
mitterentur duo. nundum canusiu<sup>m</sup> profectū. sed uenisse  
cum pauis ac semiterribus consulem inuenerunt. qua po-  
terant maxime miserabile bonis sociis. supbis atq; infideli-  
bus ut erant campani spondum. Et aux<sup>9</sup> rerum suarum  
suiq; consul. nimis detegendo cladem nudandoq;. nā cū  
legati egre ferre senatum p̄p̄m<sup>9</sup> campanū aduersi quicq;  
euenisse romanis nuntiasent. pollicerenturq; omnia que  
ad bellum op<sup>9</sup> essent. morē magis inquit loquendi cum so-  
ciis seruasitis campani iubentes que opus essent ad bellū  
impare q̄ conuenienter ad presentem fortune nostre statu  
locuti estis. aliquid habenti id quod est expleri ab sociis ue-  
limus pedes uobis impemus tanq̄ equites habeamus.  
pecuniam de esse dicamus. tanq̄ ea tantū desit. nihil no-  
quod suppleremus quidem nobis reliquit fortuna. legio-  
nes equitatus arma. signa equi uiriq; pecunia. cōmeatus  
aut in acie. aut in tuynis. postero die in ipsis castris pierūt.  
Itaq; non iuuetis nos in bello oportet campani. sed poeni bel-  
lum pro nobis suscipiatis. ueniat in mentē ut trepidos quos-  
dam maiores uos intra menia compulso. nec sannitē mo-  
do hostem sed etiam sidicinū pauentes receptos in fidez lā-  
triculam defenderimus. ceptumq; p̄ uos cum sannitibus bellū.  
p̄ centum prope annos uariante fortuna euentū tulerimus.  
Adicite ad hec. quod fedus equū dedistis. quod leges uestras.  
quod ad extremū id quod ante kannensem certe cladē maxi-  
mū fuit. ciuitatem nostram p̄ti uōrum dedimus. cōmuni-  
cauimusq; uobiscum. Itaq; cōmunē patriam tuendam arbit

ret se non cum sannite aut ex prisco res est ut quod a no-  
bis ablatum sit in italia tamen impiū maneat poen<sup>o</sup> hostis.  
ne affrice quidem indigna ab ultimis terrarum oris fre-  
to oceani herculisq; columnis exptem omnis iuris & con-  
ditionis & lingue prope humane. militem trahit hunc  
natura & moribus imitē. fessq; insup dux ipse efferauit.  
pontibus ac mobilibus ex humanorum corporum strue-  
faciendis & quod proloqui etiam piget. uelcūt huānis  
corporibus docendo his infandis passos epul<sup>o</sup> quos conti-  
gere etiam ne fas sit uidere atq; habē dominos. & ex af-  
frica ex cartagine iura petē & italiā numidarū ac mau-  
rorum pati prouinciam eē. cui non genito modo in italiā  
detestabilis sit. pulchrum erit campanis prolapsū clade  
r<sup>m</sup> impiū uestra fide. uestris uiribus retentū ac recupa-  
tum eē. xxx<sup>a</sup> milia peditum. quatuor equitū arbitror.  
ex campania scripsisse iam pecunie affatum est & fru-  
menti. qui si parem fortune uestre fidem habetis. nec  
hanibal se uicisse sentiet. nec romanos se uictos eē. Hac  
oratione. conf. dimissis redeuntibusq; domū legatis un<sup>o</sup>  
ex his subr<sup>o</sup> uiri<sup>o</sup> tempus uenisse ait. quo campani non a-  
grum solū ab romanis quondam p iniuriā adeptuz re-  
cupare. sed impio in italia potiri possint. fedus enim cuz  
hanibale quibus uelint legibus eē facturos. neq; controuersia  
fore. quia cum ipse confecto bello hanibal uictor in africa  
inde cedat. exercitumq; deportet. italie impiū campa-  
nis relinquat. Hec uiri loquentis assenti omnes ita re-  
nuntiant. legationem uti deletū omnibus uideret<sup>o</sup> no-  
men romanū.

Ex templo plebs ad defectionem ac pars maxima senatus  
spectare. Extracta ante auctoritate tamen senios p paucol  
dies ē res. postremo uicit sententia plutiū. ut iidem le-  
gati. qui ad consulem romanū ierant. ad hanibale mitte-  
rentur. Quo priusq; uetur. certumq; defectionis consili-  
um esset. romam legatos millos a campanis in qbuldaz  
annalibus inuenio. postulantes ut alē consul campan<sup>o</sup>  
fieret. si rem romanam adiuuari uellent. Indignatōe orta

sumoueri a curia iussos esse. missumque luctorem qui ex urbe  
educeret eos. atque eo die mane extra fines romanos iuberet.  
quia nimis compact latinorum quondam postulatio erat. Ce-  
liusque & alii ita ut sine causa pretermiserant scriptores. po-  
ne pro certo sum uentus. legati ad hanibalem uenerunt pa-  
cemque cum eo conditionis fecerunt. ne quis impator magna-  
tus uel penorum ullum ius in ciuem campanum haberet  
ne uel ciuis campanus inuitus militaret munus uel faceret ut  
sue leges sui magistratus campanie essent. ut CCC<sup>tos</sup> ex roma-  
nis captiuos penus daret campanis quos ipsi elegerunt  
cum quibus equitum campanorum qui in sicilia stipendia  
facerent permutatio fieret. nec pacta illa insuper quam que-  
pacte erant facinora campani ediderunt. nam prefectos  
sotium ciuesque romanos alios partim aliquo militie munere  
occupatos. partim priuatis negotiis implicatos plebs re-  
pente omnes comprehensos uelut custodie causa bal-  
neis includi iussit. ubi feruore atque estu anima inelusa  
fedum in modum expirarent. Ea ne fierent. ne uel legatio  
mitteretur ad penum. summa ope decius magister uir. cui ad su-  
mam auctoritatem nihil preter sanam ciuium mentem de-  
fuit. restiterat. ut uero presidium mitti ab hanibale audi-  
uit. pre ira superbam dominationem miserabilemque carentiorem  
seruitutem exempla referens. primo ne recipetur presidi-  
um. palam uociferatus est. deinde ut receptum aut eicere-  
tur. aut si malum facinus quod a uetustissimis sociis  
consanguineisque defecissent. memorabili facinore pugna-  
re uellent. ut interfecto presidio restituerent se romanis  
hec. nec enim occulta agebant. cum relata hanibali essent.  
primo missi qui uocarent magistrum ad sese in castra. deinde  
cum ille ferociter negasset se iturum. nec enim hanibali ius  
esse in ciuem campanum conceitatus ira penus comprehendere  
hominem uinctumque attrahi ad sese iussit. uentus dein-  
de quod in eum uim tumultus atque excitationis animos icon-  
sulti certaminis oriret. ipse premisso nuntio ad marium  
blodium pretorem campanum. postero die se capue futu-  
rum proficisceret e castris cum modico presidio. Marius contione

aduocata edicit ut frequentes cum coniugibus ac liberis  
obuiam irent hanibali. Ab uniuersis id non obediens mo-  
do. sed enixe fauore etiam uulgi & studio uisendi tot iaz  
uictoriis clarum impatorem factum est. decius magis nec ob-  
uiam egressus est. nec quo timorem aliquem ex conscientia si-  
gnificare posset. priuatim se tenuit in foro cum filio. clientibus  
q̄ paucis otiose iambulauit. Trepidante tota ciuitate ad ex-  
cipiendum penum uisendumq̄ hanibal ingressus urbem. sena-  
tum ex templo postulat. precantibusq̄ in primoribus ciuitatis  
campanorum. ne quid eo die fere gereret diemq̄ ut ipse ad-  
uentu suo festum letus ac libens celebraret. q̄nq̄ preceps  
ingenio in ira erat. tamen ne quid in principio negaret ui-  
senda urbe magnam diei partem consumpsit. deuersat est  
apud munios deleres sthenium pacuumq̄ inclitos nobi-  
litate ac diuitis. eo pacuum caluum de quo ante dictum est  
princeps factionis eius. que attraxerat rem ad penos filium  
iuuenem adduxit. abstractum a suo cum decio ait latere  
cum quo ferocissime pro romana societate aduersus punicum  
fedus steterat. nec eum aut inclinata in partem aliam ciuitas  
aut patria maiestas sententia depulerat. huic tamen pat̄ iu-  
ueni hanibali deprecando magis q̄ purgando placauit. uisit  
q̄ patriis precibus lacrimisq̄ ad cenam eum cum patre  
uocare iussit. cui conuiuio nemo campanus preterq̄ hospi-  
tes. iubelliumq̄ tauream insignem bello uitum adhibere erat.  
Ceperunt epulari de die & conuiuium non ex more punico  
aut militari disciplina esse. sed ut in ciuitate atq̄ in m̄ diu  
ad uarios omnibus uoluptatum illecebris instructum unius  
nec duorum inuitatione. nec ipsius interdum anili calui filii  
p̄ hollauinum potui ipsiq̄ ualitudine excusans patrem  
animo quoq̄ eius mirabilem int̄ turbationem eam ante solis  
ferme occasum patrem caluum ex conuiuio egressum secutus  
filium. ubi secretum ortus erat posticus edium puenerunt.  
consilium inquit affero pat̄ quo non ueniam solum peccati  
quod fecimus ad hanibalem impetrari ab romanis. sed in  
multo maiore dignitate & gratia sumus campani q̄ fuimus  
unq̄. Cum irabundus patet quid nam id esset consilium querit



toga reiecta ab humo latus succinctum gladio nudat. Iaz  
ego inquit sanguine hanibal' sanciam romanu' fedus. Te id  
pri<sup>o</sup> scire uolui si forte ad ee' dum facinus patrat' malles  
que ubi uidit audiuitq; senex uelut si iam agendis int' que  
audiebat. interesset. tamen metu pego te inquit fili quecuq;  
iura libos iungunt parentibus precor que loq; ne ante oeu  
los patris facere & pati omnia infanda uelis. pauce hore. Et  
intra que iurantes p quicquid deorum est dextas dexte  
iungentes fidem obstrinxim<sup>o</sup>. ut sacrata fide mansissemus.  
digressi a colloquio ex templo in eum armamur iurgis ab  
hospitali mensa ad quam tuius campanoru' adhibitus ab  
hanibale es. eam ipsam mensam cruentare uis hospitis san  
guine. hanibalem pat' filio meo potui placare filium hani  
bali non possum. sed si nihil sancti non fides non religio  
non pietas audiantur infanda. si non pnciem nobiscum  
scelere ferunt. unus aggressurus es hanibale. quid illa tur  
ba tot liborum seruorumq; quid in unu' intenti omniu  
oculi. & quid tot dexte torpescentes in amentia illa &  
uultum ipsius hanibalis quem armati exercit<sup>o</sup> tremunt  
quem horret roman<sup>o</sup> ppl's. tu sustinebis talem. auxilia de  
sunt. me ipsum fere corpus meum opponentem pro corpore  
hanibalis sustinebis atq; p meū pectus petendus ille tibi  
transfigendusq; est. deterret h' sine poti<sup>o</sup> q' illic uinei. uale  
ant preces apud te mee. sicut pro te hodie ualuerunt. la  
crimantem inde iuuenem cernens. mediu' complectitur  
atq; osculo herens non an' precibus abstinet q' puicit. ut gladiu'  
poneret. fidemq; daret nihil facturū tale. Tum iuuenis ego  
quidem inquit quam patrie debeo pietatem exsoluam pat'  
Tuum doleo uicem tui tibi prodire patrie sustinendu' crimē  
est. Semel cum defectione imissa ab romanis iurū cū pacis  
cum hanibale fuisti auctor. Tertio hodie cum restitueres t'  
capue mora atq; impedimentum tu es o patria ferrū quo  
pro te armatus hanc arcem defendē uolebam hosti mīme  
parcens. quoniam parens extorquet. recipe. Hec cum dixit  
set gladium in publicum trans mactem hosti abiecit. &  
quo minus res suspecta esset. se ipse cōuiuio reddidit.

Postero die senatus frequens datus hanibali. ubi prima eius oratio planda ac benigna fuit. qua gratias egit campanis quod amicitiam suam romane societati preposuissent. Et inter cetera magna promissa pollicitus breui caput italie omni capuam fore. Iuraque inde cum ceteris populis etiam piturum. unum esse exortem punice amicitie federisque secum facti. quem neque esse campanum. neque dici debere. Magium decium eum postulare ut sibi dedat. ac se presente de eo referat. senatusque consultum fiat. omnes in eam sententiam ierunt quod magne parti & uir indignus ea calamitate & haud paruo initio minui uidebat ius libertatis. Egressus curia in templo magistratuuum consedit comprehendique decium magium atque ante pedes destitutum causam dicere iussit. qui cum manente ferotia animi. negaret lege federis id cogi posse. tum iniecte catene. ducique ante lictorem in castra esse iussus. quoad capite apto est ductus contionabundus incessit. ad circumfulam undique multitudinem uociferans habetis libertatem campani quam petistis foro medio luce clara. uidentibus uobis nulli campanorum sedis uinctus ad mortem rapior. quid uiolentius capua capta fieret. Ite obuiam hanibali. exornate urbem. diemque aduentus eius consecrate ut hunc triumphum de ciue uestro spectetis. hec uociferante cum moueri uulgus uideret. obuolutus caput est. otiusque rapi extra portam iussus est. ita in castra perducitur. ex temploque impositus in nauem & cartagine missus. ne motu alio quoque capue ex indignitate rei orto senatum quoque peniteret dediti principis. Et legatione missa ad repetendum eum. ne aut negando rem. quam primum peterent offendi sibi noui socii aut tribuendo. habende capue esset seditionis ac turbatum auctor. nauem cirenas detulit tempestas. que tum in ditione regum erat. Ibi cum magister ad statuam ptolomei regis confugisset. deportatus a custodibus alexandriam ad ptolomeum dum eum docuisset contra ius federis uinctum se ab hanibale esse. uinculis liberatur. promissumque ut rediret. seu romam seu capuam mal

let. nec magis capuam sibi tutam dicē. & romam eo tē  
pote. quo int' romanos campanosq; bellū sit. transfuge  
magis malle qm̄ in regno ei' uiuere quem uindice atq;  
auctorem habet libertatis.

Dum hec gerunt. Q. fabius pictor legat' a dephis romā redit.  
responsūq; ex scripto recitauit. diuum q in eo erant. qb'  
quoq; modis supplicaretur. Tum si ita facitis rō. uicē res me  
liores facilioreq; erunt. magisq; ex sententia res. p. uestra  
uobis procedet. uictoriaq; duelli. p. R. erit. pythio appollini. R.  
p. uestra bene gesta seruataq; lucris meritis donum mittitote.  
deq; preda manubiis spoliisq; honorem habetote. hec ubi ex  
greco carmine interpretata recitauit. tum dixit se oraculo  
egressum ex templo hiis omnibus diuis rem diuinam thure.  
ac uino fecisse. iussūq; ab antistite sicut coronat' laurea  
corona. & cum oraculum aduisset & rem diuinam fecisset.  
ita corona tū nauem ascendē. nec antedepone eam quā w.  
puenisset. se quecunq; ipata sint cum sua religione ac dili  
gentia executurum coronam romē in aram apollinis depo  
suisse. Senatus decreuit ut he res diuine supplicationesq;  
primo quoq; tempore cum cura fierent.

Dum hec romē atq; italia geruntur nunti' uictorie ad can  
nal. cartaginem uenerat mago hamulcaris fili'. non ex  
ipsa acie. a fratre missus. Sed retentus aliquot dies in re  
cipiendis ciuitatibus brutiorum queq; deficiebant. It' cum  
ei senat' datus eēt res gestas in italia a. frō exponit. cum  
sex impatoribus eum quoq; quatuor consules. duo dictato  
res ac magistri equitum fuerint. cum sex consularibus ex  
ercitibus acie confluisse. occidisse. p. r. supra. cē. milia  
supra. L. milia hostium cepisse. ex quatuor consulibus  
duos occidisse. ex duobus saucium alterq; alterum toto  
amisso exercitu uix cum. L. hominibus effugisse. magistrū  
equitum qui consularis potestatis sit. fulum. fugatum.  
dictatorem. qā se in aciem nunq; comiserit. unicū hū  
impatorē. Brutios apulosq; partem sanitiū ac lucanios

defecisse ad poenos. Capuam quod caput non campanie  
modo sed post afflictam re romanam canneni pugna ita  
lic sit hanibali se tradidisse. pro his tantisque uictoris sacra  
deus immortalibus agi haberique. Ad fidem deinde tam letas  
rerum effundi iussit in uestibulo curie anulos aureos q  
tantus aceruus fuit. ut metientibus dimidiu sup tres mo  
dios explese. sunt quidam auctores sed fama tenuit q  
propior uero est. haud plus fuisse modio. affecit deinde  
urbem quo maioris cladis inditium eet. neminem nisi eq  
tum atq eorum ipsoru primores id gere inlig. Summa fuit  
orationis. quo propi spes belli pficiendi sic eo magis oi  
ope iuuandum hanibalem esse. procul enim a domo mi  
liciam ee. in media hostium terra. magnam uim frume  
ti pecunieq assumi. & tot adas ut hostium exercit<sup>us</sup> delelet  
ita uictoris in copias parte aliqua minuisse. Mittendum  
igitur supplementum ee. mittendam in stipendium pe  
cuniam. frumentumq tam bene meritis de nomine pu  
nico militibus. Scdm hec dicta magonis letis omnibus himil  
co uir factionis brachine locu hannonis increpandi ee  
ratus. quid est hanno inqt etiam nunc penitet belli sus  
cepti aduersus romanos iube dedi hanibalem. ueta in taz  
prospis rebus grates diis immortalibus agi audiamus r<sup>m</sup>  
senatorem in cartaginensium curia Tum hanno. Tacuisses  
hodie p. c. ne qd in coi omniu gaudio min<sup>us</sup> letum quod  
esset uobis loqueret. nunc interroganti senatori peniteat  
me adhuc suscepti aduersus romanos belli. si reticeam  
aut supbus aut obnoxius uideat. quoru alterum est ho  
minis aliene libertatis oblit. altum sue. Respondeam in  
quit himilconi non desisse penitere me belli n3 desituru  
ante inuictum uestru impatorem inculare q finitum a  
liqua tollerabili conditione bellum uidero. nec mihi pa  
cis antique desiderium ulla res. qm pax noua fiet. Itaq  
ista que modo mago iactauit. himilconi. ceterisque hanibal  
satellitibus iam leta sunt. mihi possunt leta ee. quia res bel  
lo bene geste. si uolumus fortuna uti. pacem nobis egerem  
dabunt. nam si pretermittimus hoc temp<sup>us</sup> quo mag<sup>is</sup> dare q

accipere possumus uideri pacem. uereor ne hec quoque letitia  
luxurie nobis. ac uana euadat. que tamen nunc quoque quis  
est occidi exercitus hostium. mitti milites mihi. quod aliud  
rogares. si esses uictus. hostium cepi bina castra prede. ut  
plena. et comestum frumentum & pecuniam dare. quid  
aliud si spoliatur. si exutus castris esset. peteres & ne omnia  
ipse mirer mihi quoque enim que respondi himilconi intro  
gare ius falsum est. uelim seu himilco respondeat. Cum ad  
intentionem romani impii pugnatum ad cannas sit. constatque  
in defectionem totam italia esse. primum & quis latini nominis  
populus defeerit ad nos. deinde & quis homo. ex. v. cccc.  
tribus ad hanibalem transfugerit. Cum utrumque mago  
negasset. hostium quidem ergo inquit adhuc militum superest.  
sed multitudo ea quid animorum. quid uisus habet.  
scire uelim. Cum id ne scire mago diceret. nihil facilius  
scitu est inquit. Et quos legatos ad hanibalem romani miserunt  
de pace. & quam denique mentionem pacis res factam  
esse. allatum ad nos est. Cum id quoque negasset bellum igitur  
iam inquit integrum habemus. quod habuimus. qua die  
hanibal in italia est ingressus. quam uaria uictoria post  
punico bello fuerit. plerique que meminere. super sumus. nunquam  
terra marique magis prospere res nostre uise sunt. quam ante  
consul. deuicti ad egyptis insulas sumus. Quod si id quod  
dum omen auertant. nunc quoque fortuna aliquid uariauerit.  
tum pacem speratis. cum uincimur. quam nunc cum uinci-  
mus dat nemo. Ergo si quis de pace consulat. seu deferen-  
da hostibus. seu accipienda. habeo quid scire dicam. Sed  
de his que mago postulat. rebus nec uictoribus mitti at-  
tinere puto. & frustrantibus nos falsa atque inania multo  
minus censeo mittenda esse. haud multos mouit hannonis  
oratio. nam & similitas cum familia bareuia. leuiorem aucto-  
rem faciebat. & occupati animi presenti letitia. nihil que  
uanius fieret gaudium suum auribus admittebant. debet  
latumque mox fore. si adniti paulum uoluissent rebantur.  
Itaque ingenti consensu fit senatus consultum ut hanibali  
xl. numidarum milia in supplementum mitterent. & xl. ta

elephanti. & argenti multa talenta. dictatorq; cum magone  
in hispaniam premissus ē ad conducendam. xx<sup>m</sup>. milia pedi-  
tum. quatuor equitum. quibus exercitus q; in italia quiq;  
in hispania erant. supplerent. Ceterum hec ut in sedis rebo  
segnit ac otiose gesta

Romanos preter insitam industriam animis fortuna &  
cunctari prohibebat. nam nec consul ulli rei que p̄ eū agen-  
da esset. deerat. & dictato. M. iuni<sup>o</sup>. rebus diuinis p̄fectis. la-  
toq; ut solet ad ppl̄m ut equum ascendē. luceret. pret̄ dual  
urbanas legiones que principio anni a consulibus con-  
scripte fuerant. & seruatorū delectū cohortesq; ex agro pic-  
no & gallico collectas ad ultimū prope despatē. R. p̄ auxi-  
lium cum honesta utilibus cedunt. descendit equo. dix-  
q; qui capitalem fraudem ausi. quiq; pecunia iudicati in  
uinculis essent. eos noxa pecuniæq; se exsolui iussurum. Et  
sex milia hominū gallicis spoliis. que triumpho. C. flami-  
nii translata erant. armauit. Itaq; cum. xxv. milibus arma-  
torū ab urbe p̄ficiscit̄.

Hanibal capua recepta cum iterū neapolitanorū animos.  
partim spe. partim metu. nequicq; tentasset. in agrum no-  
lanum exercitum transducit. Et ut non hostiliter statim.  
quia non despabat uoluntariam deditionem. ita si moraret̄  
sp̄. nihil eorū que pati aut timē possent. premissurus.  
Senatus ac maxime primo res eius in societate romana p̄-  
tare plebs nouarū ut solet. rerū atq; hanibali tota metuq;  
agrorū pplationis & petenda in obsidione multa grauiā  
indignaq; proponere animo. neq; auctores defectionis de-  
erant. Itaq; ubi senatum metus accepit. si prolata tēde-  
rent. resisti multitudini concitate. non posse. sed assimu-  
lando dilationem. malum ueniunt. placē enī sibi defectionem  
ad hanibalem simulant. Quibus autē conditionib;  
in fedus amicitiamq; nouam transeant. constare. Ita spa-  
cio sumpto. legatos p̄pe ad pretorē romanū marcellum  
claudiū. qui casilini cū exercitu erat. mittunt. docentq;  
quanto in discrimine sit nolana res. agrum hanibal eē &

penorū urbem ex templo futurā. nisi subueniatur conciliando plebi senatum ubi uelint defecturos. senatū se ne deficere presertinarent effecisse. Marcellus collaudatus nolans eadem simulatione extrahi rem in suū aduentū iussit. Interim celari que secum acta essent. spēq; omnē auxilio romano ipse a calilino galaciam petit inde uolturno amne traiecto p̄ agrum sauculanū treberianūq; sup̄ sellulam p̄ montes nolam puenit. Sub aduentū pretoris romani penus agro nolano excessit. & ad mare p̄xiē neapolī descendit. cupidus maritū oppidi potiūdi. quo cursus nauib; tutus ex affrica eēt. Ceterum postq; neapolim a pretore romano teneri accepit. M. iulius silan<sup>us</sup> erat ab ipsis neapolitanis accitus. neapoli quoq; sicut nolano amissa. petit nuceriam. Eam cum aliquñdiu obsedisset. sepe ui. sepe sollicitandis nequicq; nunc plebe. nunc principibus. fame demū in deditiōem accepit. pactus ut inermes cum singulis abirent uestimentis. dein ut q; a principio mitis omnib; italicis pret. r. uideri uellet. premia atq; honores q; remanserant. ac militare uellet. secū. propoliuit. nec ea spē queq; tenuit. dilapsi om̄s. quocumq; hospitia. aut fortuit<sup>us</sup> animi impetus tulit. p̄t. campanie urbes. maxime nolam. neapolimq;. Cum ferme .xxx. senatores ac fō prim<sup>us</sup> quisq; capuā petissent. exclusi inde. quod portas hanibalis clausissent. cū ad se contulerunt. nuceria preda militi data ē. urbs direpta atq; incensa. nolam marcellus non sui mag<sup>is</sup> fiducia presidii q; uoluntate principū habebat. plebs timebatur. Et ante omnes. L. banti<sup>us</sup> que consensu attentantē defectionis ac met<sup>us</sup> a pretore romano nunc ad proditiōem patrie. nē si ea die fortuna defuisset. ad transfugiendū stimulabat. erat iuuenis acer. & sotorū ea tempestate nobilissimus eqs. Semitracem eū ad cannas in aceruo cesorū corporū inuentū. curatūq; benigne. in cū donis hanibal donū remiserat. ob ei<sup>us</sup> grāz meriti rē nolana iurisdictionē. quia dare uoluerat. peno. anxiiūq; eū & sollicitū cura nouandi res pretor cernebat. Ceterū. cuius aut pena cohibendus esset.

aut beneficio conciliandus sibi assumplisse q̄ hosti ademisse  
se fortē ac strenuū malluit sotiū accitumq̄ ad se benigne  
appellat multos eum inuidos inter pplares habere. In exci-  
timatu facile esse quod nemo ciuis nolanus sibi indicauit  
q̄ multa eius egregia facinora militaria essent sibi sed q̄ in  
romanis militauerat castris non posse obscuram eius uirtutē  
ēē multos sibi qui cum eo stipendia fecerant referre qui uir  
esset ille que & quotiens picula pro salute ac dignitate p̄ R.  
adisset utiq̄ cānensi pugna non prius prelio abstinerit q̄ p̄  
pe exanguis ruina sup̄ incidentium uirorum equorū arma  
rumq̄ sit oppressus. Itaq̄ maxime uirtute esto inq̄ apud me  
tibi omnis honos atq̄ omne premiū erit & quo frequentius  
mecū fueris senties eam rem tibi dignitati atq̄ emolumētō  
ēē. letoq̄ iuueni promissis equum eximium exdonabat. bi-  
gatosq̄ quingentos questorem nuāre iubet. lictoribusq̄ ip̄at  
ut eum se adire quotiens uelit patiantur. hac comitate mar-  
celli ferocis iuuenis animus adeo est mollit̄ ut nemo in  
sociorum rem romanam fortius ac fidelit̄ iuuerit. Cuz ha-  
nibal ad portas esset nolani rursus a nuceria mouit cal-  
tra plebsq̄ nolana de integro ad defectionē spectaret. nicel-  
lus sub aduentu hostiū intra muros se recepit non castris  
metuens sed ne prodende urbis occasionem nimis multis  
in eam iminentibz daret. Instrui dein utrinq̄ acies roma-  
norum cepte pro menibus nole penorū ante castra sua  
prelia hinc pua inter urbem castraq̄ & uario euentu fie-  
bant. q̄ duces nec prohibē paucos temē rogantes nec  
signum dare uniuerse pugne uolebant. In hac comitia iaz  
duorū exercitiū statione principes nolanorum nuntiant  
marcello nocturna colloquia int̄ plebem ac penos fieri sta-  
tutumq̄ esse ut cum romana acies egressa portis uet̄ impe-  
dimenta eorum ac sarcinas diriperent. clauderent deinde  
portas murosq̄ occuparent ut potentes rerum suarū atq̄  
urb̄ penū inde pro. e. acciperent. hec ubi nuntiata sunt mar-  
cello collaudatis senatoribz nolanis pri<sup>o</sup>q̄ aliq̄ motus in  
muris oriretur fortunam pugne expiri statuit. Ad tres por-  
tas in hostes uersas tripartito exercitum instruxit. ipedim



to subsequē iussit calones laxosq; & inualidos milites ualluz  
ferre. Media porta robora legionum & romanos equites  
duabus circa portis nouos milites. leuemq; armaturam ac  
suorū equites statuit. nolani muros portasq; adire uetiti.  
subsidijsq; destinatis impedimentis data. ne occupatis pie  
lio legionibus in ea impetus fieret. Ita instructi intra portas  
stabant. hanibali sub signis id quod p̄ aliquot dies fecerat.  
ad multū diu in acie statim. primo miraculo eē quod nec  
exercit<sup>us</sup> romanus portas egrederet. nec armatus quisq; in  
muris esset ratus. deinde prodita colloquia eē metuq; re  
sides factos. partem militum in castra remittit iussos p̄pe  
apparatu omne oppugnande urbis in primam aciem affer  
re. satis fidens si cunctantibus instaret. moxq; in sua quisq;  
misteria discursu trepidat ad prima signa. succeditq; ad  
muros acies. patefacta repente porta marcellus signa canē  
clamoremq; tolli ac pedites primū. deinde equites quanto  
maximo possent impetu in hostem erumpe iubet. Satis terro  
ris tumultusq; in aciem mediam intulerant. cū duabus cir  
ca portis. p. ualeri<sup>us</sup> flaccus. & q. aureli<sup>us</sup> legati in cornua ho  
stum erumpe addidē clamorem lux. calonesq; & alia tur  
ba custodie impedimentorū apposita ut paucitatē max  
ime sp̄nentibus penis ingentis repente exercitus sp̄m fe  
cerit. uix eodem ausim affirmare quod quidam auctores  
sunt. <sup>m</sup> & <sup>tos</sup> <sup>cc</sup> hostiū celos. non pl<sup>us</sup> uno. romanos amisit  
se. siue tanta siue minor uictoria fuit. ingens eo die res.  
ac nescio an max<sup>a</sup> illo bello gesta sit. non uinci enim ab ha  
nibal<sup>e</sup> tum uincantibus difficili<sup>us</sup> fuit. q̄ postea uincē. Ha  
nibal spe potiunde nolle adempta. cum acēras recessisset  
marcellus ex templo clausis portis custodibusq; dispositis  
ne qs egrederetur. questionem in foro. de his qui iam in  
colloquiis hostiū fuerant. habuit. Supra Lxx. dānatos  
prodicionis securi percussit. bonaq; eorum iussit publica  
eē. & summa rerum senatui tradita. cū exercitu omni p̄  
fectus sup̄ sessulā castris positus consedit. pen<sup>us</sup> acerra  
primū ad uoluntariam deditionem conatus perlicere.  
postq; uidit inde obstinatos oblidē atq; oppugnare parat.

Ceterum accētanis plus animi q̄ uirium erat. Itaq̄ desparata  
tutela urbis ut circumuallari menia uiderunt. priusq̄  
continuarent hostiū opa p̄ int̄missa munimenta. neque  
etateq̄ custodias silentio noctis dilapsi p̄ uias in uiaq̄  
que quemq̄ aut consilium aut terror tulit. in urbes cam  
panie. quas satis certū erat non mutasse. fidem p̄fugerūt.

Hanibal acerris direptis atq̄ incensis cum a casilino die  
tatorē romanū. legionescq̄ nimis accipi nuntiasent. ne  
quisq̄ tam in propinquis hostium castris capue quoq̄ re  
currant. exercitum ad casilinum ducit. Casilinū eo tem  
pore prenestini habebant. cum romanis paucis latinisq̄ no  
minis. quos eodem audita canensis clades contulerat. hi  
non profecto prenesti additis delectui seruis profecti do  
mum. cum casilinum ante aduersē pugne famam uenit  
sent. & aliis aggregarent se se romanis totiusq̄ profecti  
a casilino cum satis magno agmine uent. auertit eos re  
tro casilinum nuntius canensis pugne. Ibi cū dies ali  
quot suscepti campanis timentisq̄ cauendis ac struendis  
inuicem insidiis traduxissent. ita de capue defectioe agi  
accipiq̄ hanibalem satis procerto habē. interfectis nocte  
oppidanis. partē urbis. que circa uolturnū est. eo enim  
diuiduntur anni. occupauē. idq̄ presidium casilini ha  
bebant romani. Additur & pulina cohors. homines. cccc.  
& lx<sup>ta</sup> eodem nuntio quo prenestini paucos ante dies  
casilinū compulli. & satis ferme armatorē ad tam exi  
gua menia & flumine altā parte cinta tuenda erat. pe  
nuria frumenti nimium etiam ut uideretur hominū  
efficiebat. hanibal cum iam inde haud procul eēt. getu  
los cum profecto nomine usulca premitit. Ac primo si si  
at colloqui copia uerbis benignis ad portas apertas p̄  
sidiumq̄ accipiendū plucere iubet. Sin p̄tinatia prestent.  
ut rem gerē ac tentare. si qua parte inuadē urbē possit.  
ubi ad menia accessere. q̄a silentiū erat. solitudo uisā  
metuq̄ concessum. barbar<sup>o</sup> ratus moliri portas & seras  
claus<sup>tra</sup>q̄ effringē pat. cum patefactis repente portis

cohortes due ad id ipsum instructe intus ingenti cum tumultu erumpunt. stragemque hostium faciunt. Ita primis repullis maharbal cum maiore robore uirorum missus nec ipse eruptionem cohortum sustinuit. postremo hani bal castris ante ipsa menia oppositis pariuam urbem priuamque presidium. summa uero atque omnibus copiis oppugnare parat. ac dum instat lacellitque corona undique circumstantis menibus aliquot milites. & promptissimum quemque e muro turribusque istos amisit. Semel ultra erumpentes in agmine elephantorum opposito prope interclusit trepidosque compulit in urbem. satis multis ut ex tanta paucitate infectis plures cecidissent nisi nox prelio intuenisset. post die omniū animi ad oppugnandum accendunt. utique prius corona aurea mutalis proposita. statim ipse dux castelli plano loco positi. segnem oppugnationem saguntis expugnatoribus exprobrat. canarum transymenitumque & trebie singulos admonens uniuersosque. In uince cepte quoque agi cuniculi que nec ad uarios conatus hostium haud ars deerat. Socii romanorum propugnacula aduersus uincem statuere transuersis cuniculis hostium cuniculos exerce & palam & clam ceptis obuiam ire donec pudor & hanibalem ab intercepto auertit castrisque communis ac presidio modico imposito. ne omnia res uideretur. in hiberna capuam concessit. Ibi parte maiore hiemis exercitum in castris habuit. aduersus omnia humana mala sepe ac diu durans. bonis in expertum atque insuetum. Itaque quos nulla mali uicerat uis. perde nimia bona. ac uoluptates immodice & eo impensius quo auidius ex insolentia in eas se miserant. Sonus enim & uinum & epule & scorta lintheaque & otium consuetudine in dies blandius ita enervauerunt corpora animosque ut magis deinde preterite uictorie eos. quam presentes. tutarent uires. maiusque id peccatum ducis apud pitos militarium artium habetur. quam quod non ex cannensi acie protinus ad urbem. red. duxisset. Illa enim cunctatio distulisse modo uictoriam uideri potuit. hic error uires ademisse ad uincendum. Itaque hercule uelut si cum alio exercitu a ca.

pua exiret. nihil usq̄ pristinae disciplinae tenuit. nam & redier̄  
pleriq̄ scortis impliciti & ubi primum sub pellibus haberi ce-  
pti sunt. uiaq̄ & alius labor militaris excepit. tronū modo  
corporibus animisq̄ deficiebant. Et deinde p̄ omne estiuo-  
rum tempus. magna pars sine cōmeatibus ab signis dilabe-  
bantur. neq̄ alie latebre q̄ capua defertoribus erant. Ceterū  
mitescēte iam hyeme ducto ex hibernis milite casilinum  
redit. Vbi q̄nq̄ ab oppugnatione cessatum erat. obsidio tñ  
continuata. oppidanos presidiumq̄ ad ultimum inopie  
adduxerat. Castris romanis tunc sempromi<sup>o</sup> praerat dic-  
tator auspitorum repetendorū causā profectio romā mar-  
cello & ipso cupiente ferre auxilium obsessis. Sed uolētus  
amnis inflatus aquis & preces nolanoꝝ atq̄ acereta-  
noꝝ tenebant campanos timentes. si presidium. r<sup>m</sup> absces-  
sisset. Grachus assidens tantum casilino quia predictū erat  
dictatoris. ne quid absente eo rei gereret. nihil mouebat.  
q̄q̄ que facile omnē patientiam uincerent nuntiabant.  
a casilino. nam & precipitasse se quosdaꝝ non tollerantes  
famē constabat. & stare inermes in muris nuda corpora  
ad missiliū telorum ictus praebentes. Ea egre paciens gra-  
chus cum neq̄ pugnam conserē dictatoris in iussu audēt.  
pugnandum autē eēt. si palam frumentum iportare ui-  
debat. n̄ clam iportandi spes eēt. fāre ex agris circa undi-  
q̄ conuecto. cum q̄ plura dolia compleisset nuntiu ad ma-  
gistratum casilinum misit. ut exciperent dolia que amnis  
deferret. Insequenti nocte intentis omnibus in flumen ac spē  
ab nuntio factam. dolia medio amni missa defluerunt. Et  
qualiter int̄ omnes frumentū diuisum. id postero quoq̄  
die ac tertio factum est. nocte & mittebantur. & puenie-  
bant. eo custodias hostium fallebant. ymbribus dein con-  
tinuis citatior solito annis transuerso uertice dolia im-  
pulsit ad ripam. quam hostes seruabant. Ibi herentia int̄  
obnata ripis salista conspitiunt. nuntiatumq̄ banibali  
est. Et deinde interiore custodia cautum ne qd fallēt  
uolturno ad urbē missum. nubes tñ fuisse ab romanis cas-  
tris cū medio amni ad casilinum defluerent. cratibus exci-

piebantur. postremo ad id uentum inopie est ut lora detra-  
taeque leuitas pelles ubi feruida mollissent aqua mande co-  
narentur nec muribus alio ue animali abstinerent & oē  
herbarum radicumque genus aggibus infimis muri erueret.  
et cum hostes obarassent quicquid herbidi terreni ext mu-  
rum erat. raporū semen iniecerunt. ut hanibal eo ne usque  
dum ea nascuntur ad casilinū. sessurus non exclamaret. q  
nullam antea pactionem auribus admiserat. Tum demum  
agi secum ē passus de redemptione liborū capitum. Septuē  
auri in singulos pretium conuenit. fide accepta sese tradi-  
derunt donec omne aurum psolutum est in uinelis hūi.  
Tum remissi in misso interfectos prenestini maxima pars  
fuerit. Ex <sup>v</sup>. Lxx. qui in presidio fuerunt minus dimidiū  
ferrum famelque absumplit. Ceteri incolumes prenesti cum  
pretore suo manicino scriba ut antea fuerat redierunt. Sta-  
tua eius iudicio fuit prenesti in foro statuta loricata amie-  
ta toga uelato capite & tria signa cum titulamine enee in-  
scripto manicinū pro militibus qui casilini presidio fuerit  
uotum uouisse idē titulus tribus signis in ede fortune posi-  
tus fuit subiectus. Casilinum oppidū redditum campanis  
est firmatū vii. militum de exercitu hanibal presidio. ne  
ubi penus inde abcessisset tē ipugnarent. prenestinis militi-  
bus senatus romanus duplex stipendiū & quinquenni militi &  
uacationē decreuit. ciuitatem cum donarent ob uirtutem  
non mutauerunt. pusinorū casus obscurior fama est quia  
nec ipsorū monumento ullo est illustratus nec decreto ro-  
manorū.

Eodem tempore petellinos q uni ex brutiis manserant in  
amicitia rō. p. non cartagineses modo q regionem obtine-  
bant. sed brutii quoque ceteri ob sepata a se consilia oppugna-  
bant. Quibus cum obsistere mal nequirent petellini legatos  
romam ad presidium petendum miserunt. Quos ubi pces  
lacrimaeque in questus enim flebiles cum semet ipsi consule-  
iussi sunt sese in uestibulo curie profunderunt ingente mi-  
sericordiam patribus ac pple mouerunt. consultiq ites. M. e-  
milio pretori patres circumscripitis omnibus impiis uiribus

fateri coacti nihil iam longinqs sotiis in se presidii eē. Redire domum. fideq; ad ultimū expleta consulere sibi met ipsos in presenti fortuna iusserunt. hec postq; renuntiata legatio petellinis est. tantus repente meror pauorq; senatū eorū cepit. ut pars profugiendi qua quisq; posset. ac deserende urbis auctores eēt. adiungendi se ceteris brutiis. ac p̄ eos dedendos hanibali. uicit tamen ea pars q̄ raptim nec temē agendum. consulendumq; de integro censuit. Relaxata postero die p̄ minore trepidationem retinuerunt optimates. ut conuectis omnib; ex agris urbem ac muros firmarent. Per idem fere tempus littere ex sicilia. sardinaq; romam allate. priores ex sicilia octacilii pro pretoris in senatu recitate sunt. L. furium pretorē cum classe ex affrica lylibeum uenisse. ipsum grauitē ietum sauciū in discrimine uite eē ultimo. militie naualibus sotiis neq; stipendium neq; frumentū ad diem dari. neq; unde detur eē. magno p̄suadē. ut q̄ primū ea mittantur. sibiq; si ita uideatur ex nouis pretorib; successorē mittant. Eademq; ferme stipendio frumentoq; ab A. cornelio māmula pro pretore ex arania scripta. Responsum utriusq; unde mitteret. Iuliiq; ipsi classib; suis consulerent. Octacilius ad unicum subsidiū. p̄ hyeronem legatos cum misisset in stipendiaz quanti argenti opus fuit. & sex mensū frumentū accepit. Cornelio in sardinia ciuitates sotiē benigne contulerunt. Et rome quoq; propt̄ penuriam argenti triumuiri m̄sari rogatione munuci. TR. pl. facti. L. emilius qui cons. cēsorq; fuerat. & M. attili<sup>us</sup> regulus. q̄ bis cons. fuerat. & L. scribonius libo. q̄ tum. tr. pl. erat. Et duumuiri creati. M. & C. attilius eodē concordie quā. L. mānili<sup>us</sup> pretor uouerat. dedauerunt. Et tres pontifices creati. Q. ceilius metellus & Q. fabri<sup>us</sup> maximus. & Q. fului<sup>us</sup> flaccus in locū. p̄ scātini inmortui & L. emilii pauli consulis & Q. clipeni qui ceciderant pugna cānensi. Cum cetā que continuis cladibus fortuna minuerat. q̄ntum consiliis humanis allequi poterant patres explellent. tandem se quoq; & solitudinem curie. paucitatemq; conuenientū ad publicū consilium.

respexerunt. neq; enim post L. emiliū & C. Flāminiū cen-  
sores senatus electus fuerat. Cum tantū senatorū aduerse  
pugne ad hū sui quemq; calus per quānnum absumplis-  
sent. Cum de ea re. M. emili<sup>us</sup> pro dictatore post casilinum  
āmissū. profecto iam ad exercitum. exposcentibus eun-  
tis retulisset. tum purius caruili<sup>us</sup> cum longa oratione nō  
solum inopiam. sed paucitatem etiam ciuium ex qbus impa-  
tores legerentur conquestus eēt. explendi senatus causā  
& iungēdi armis latini noīs. cum pro magna re se suadē  
dixisset. ut ex singulis pplis latinorum binis senatorib<sup>us</sup>  
patres romani censuissent. ciuitas legeretur. Eam senten-  
ciam haud equorib<sup>us</sup> animis q̄ ipsorū quondam postulantiū  
latinorū patres audierunt. Et cū fremitus indignantiū  
tota curia esset. & precipue manlium eē. & nunc ei<sup>us</sup> str-  
pis uirum diceret. qua quondam in capitolio consul mi-  
natus eēt. quē latinū quem in curia uidisset eum sua  
manu se interfectorū. Q. fabius maximus nunq̄ rei ul-  
lius alieniore tempore mentionē factā in senatu dicit.  
q̄ incertam suspensos sciorū animos incertaq; fide itatū  
quod insup sollicitaret eos iam unius hominis temeratiā  
uocem silentio omnium extinguenda eē. Et si quid unq̄  
areani scī us ad scilendum in curia fuerit. id omnium  
maxime tegendum occultendū obliuiscendum. pro nō  
dicto habendum esse. ita ei<sup>us</sup> rei oppressa mentio ē. Dicta-  
torem qui censor ante fuisset uetustissimusq; ex his qui  
uiuere censor ul esset. creati placuit. q̄ senatum legēt.  
Acciriq; c. trentiū ad dictatorem dicendum iusserunt. q̄  
eo ex apulia relicto ibi presidio. cum magnis itineribus  
romā redisset. & nocte proxima ut mos erat. M. fabiū but-  
tonem ex c. sin magrō equitū dictatorem in sex menses dix-  
it ubi cum lictorib<sup>us</sup> in rostra ascendit. neq; duos dictato-  
res tempore uno quod nunq̄ antea factum esset. proba-  
te se dixit. neq; dictatorē se sine magrō equitum n̄ cen-  
soriā uim pmillam uni & idem utrum nec dictatōr  
nisi rei gerēde causa creato in sex menses datū impiū.  
q̄ inmoderata fors tempus ac necessitas fecerint. his se

modum ipositurum nam neq; senatum quemq; moturum & quo C. Flaminium & L. Emilius censores in senatum legissent. transcribi tantum recitariq; eos iussurum ne penes unum hominem iudicium arbitriumq; de fama ac moribus senatoris fuerit & ita inde mortuorum locum subuecturum ut ordo ordini non homo homini prelatum uideretur. Recitato ueteri senatu inde primus inde mortuorum locum legit qui prius L. Emilium C. Flaminium censores curulem magistratum cepissent. nec dum in senatu lecti essent. ut quisq; eorum senatus primus creatus erat. tum legit quod ediles. tri. pl. quibus resue fuerant. Tum ex his qui magistratus cepissent quod spolia ex hoste fixa domi haberent aut tunicam romam accepissent. Ita centum Lxxvii cum ingenti approbatione hominum in senatu lecti. ex templo se magistratu abdicauit. priuatusq; de rostris descendit. licetoribus abiuratis turbeq; se immiscuit. priuatas agentium res tempus hoc sedulo terens. ne deducendi sui causa populum de foro abduceret. neq; tamen elanguit cura hominum ea mora frequentesq; eum domum deduxerunt. Consul nocte insequenti ad exercitum rediit non facto certiore senatu ne comitiorum causa in urbe retineretur. postero die consultus a M. Pomponio pretore senatus decreuit dictatori scribendum uti sit. & p. censeret esse ad consules subrogandos ueniret cum magistro equitum & pretore M. Marcello ut ex his presentibus nosset patres possent quo statu. & p. esset consiliaq; ex rebus caperent. qui acciti erant omnes uenerunt relictis legatis qui legionibus preessent. dictator de se pauca ac modice locutus in magistrum equitum T. Sempronium Gracchum magnam partem glorie uertit. comitiaq; edixit. Quibus L. Postumius tertium absens qui tum Galliam prouinciam obtinebat & T. Sempronius Gracchus qui tum magistrum equitum & ea accurerat cons. crearentur pretores inde creati. M. ualerianus leuinus. app. claudius pulcher. fuluius claudius flaccus mutiusq; seuola. dictator creatis magistratibus teanum in hiberna ad exercitum redit. relicto magistro equitum ro. qui cum post paucos dies magistratum



initurus esset. de exercitiis scribendis compandisq; in anū  
patres consuleret. Cum hec res maxime agerent. noua clades  
nuntiata alia sup aliam. cum in eum annum fortunam. L. pos-  
tumiū cons. designatū in gallia ipsum atq; exercitū delectos.  
Silua erat uasta. litanam galli uocant. qua exercitum tradue-  
turus erat. Eius silue dextra leuaq; circa uiam galli arbores  
ita inciderunt. ut imote starent. momento leui impulse occi-  
derent. legiones duas <sup>2<sup>as</sup></sup> habebat postumi<sup>2</sup>. sotiumq; ab supo  
mari tantum conscripserat. ut. xxv. milia armatorum in a-  
gros hostiū induxisset. galli ora extreme silue cum circunse-  
dissent. ubi intrauit agmen saltum. tum extremas arborum  
succiditū impellunt aliam in aliam instabilem p se ac male-  
berentē incidentes ancipiti strage arma uiros equos obrue-  
runt. ut uix decem homines effugerent. Nam cum exatati  
pleriq; essent arborum truncis fragmentisq; ramorū cetāz  
multitudinem inopinato malo trepidam galli saltū omnem  
armati circumsedentes interfecerunt. paucis e tanto numero  
captis qui fluminis potentes obsessō ante ab hostib<sup>2</sup> ponte  
interclusi sunt. Ibi postumi<sup>2</sup> omni ui ne capetur occubuit.  
Spolia corporis caputq; precisum ducis. boi ouantes templo  
quod sanctissimū est apud eos intulerunt. purgato inde ca-  
pite. ut mos est. hūc elauam auro celauerunt. idq; sacrum ual-  
hūc erat. quo sollēnib; libarent. poculumq; idē sacerdotis ēē  
ac templi antistib; preda quoq; haud minor gallis q̄ uicto-  
ria fuit. nam & si magna pars animalū strage silue oppōsa  
erat. tamen cetere res. quia nihil dissipatū fuga est. strate p  
omnem iacentis agminis ordinem inuente sunt. hac nun-  
ciata clade. cum p dies multos in tanto pauore fuisset ciui-  
tas. ut tabernis clausis uelut nocturna solitudine p urbē  
acta. senatus edilib; negotium daret. ut urbem circumiret  
apuriq; tabernas & mestitie publice spēm urbi demi iubent.  
Tum Ti. sempronius senatum habuit. consolatusq; patres est.  
& adortatus. ne q; cannensi ruine non succubuissent. ad  
minores calamitates animos sūmitterent. quod ad carta-  
ginenses hostes hanibalemq; attinet. prosa modo essent.  
sicut sparet futura. gallicum bellū & omitti uideo. & differ-

ri posse rationemq; eam fraudis in deorum ac pp romani  
potestate fore. de hoste peno exercitibusq; per quos id bel-  
lum gereretur consultandum atq; agendum. Ipse pri-  
mum quid peditum equitumq; qd ciuium qd totoru  
in exercitu esset. dictatori disseruit. Tum marcellus sua-  
rum copiaru summam exposuit. Quid in apulia cum C.  
terrentio consule esset. apitis quesitum est. ne secdo consu-  
lares exercitus satis firmati tantu bellum efficerent. nu-  
bat ratio. Itaq; galliam qq stimulabat iusta ira omitti  
eo anno placuit. Exercitus dictatoris consuli decret' e-  
de exercitu ex fuga q eorum cannensi esset. in sicilie  
castra duci atq; ibi militare donec in italia bellum eet pla-  
cuit. Eodem ex indictatoris legionibus reici militem mi-  
nimu quemq; roboris nullo prestatuto militie tempore  
nisi qui stipendioru legitimoru esset. due legiones  
urbane alti consuli q in locum L. postumiu sustest' esset.  
decrete sunt. eumq; cu primu saluis hospitibus posse crea-  
ri placuit. legiones preterea duas primo quoq; tempe ex  
sicilia acciri. atq; inde cons. cui legiones urbane euenis-  
sent militum sumeret qntum opus esset. C. terrentio con-  
suli preparari in annu impium. neq; de eo exercitu quem  
ad presidium apulie haberet quicq; minui.

Dum hec in italia gerunt' appanturq; nihilo segni' in hispa-  
nia bellum erat. sed ad eam diem magis prosperum roma-  
nis. p. & CN. scipionibus inter se ptis copiis. ut cu terra  
p. mari nauibusq; rem gereret. hasdrubal penorum impa-  
tor neutri parti iurium satis fidens procul ab hoste inter-  
uallo ac locis tutis tenebat se. quo id multi  
abtestanti quatuor milia peditum. & equites in supplemē-  
tum missi ex affrica sunt. Tum refecta tandem spe castra  
propi' hostem mouit. classemq; & ipse instrui pariq; iubet  
ad insulas maritimamq; oram tutandum. In ipso impetu  
mouendarum de integro rerum pculit eum prefectoru  
nauium transitio. qui post classem ad hiberum per pa-  
uorem desertam grauiter increpiti nunq; deinde satis

fidi aut duci aut carthaginiensium rebo fuerant. fecerat  
hi transfuge motum in tartesiorū gentem. deseculantq; his  
auctoribus urbes aliquot. una etiam ab ipsis ui capta fuerat.  
in eam gentem uersum ab romanis bellum est. infestoq; ex  
quoq; cartaginensibus iungi q̄ primū anteq̄ si phas ī hispa  
niam aut romani in affricam transeant. opprimi siphacem  
nihil dum preter nomen ex fedē romano habentem posse  
facile psualum cale filio deposcente ut bellum ut mitte  
ret exercitum. qui cartaginensibus legionibus coniunctis ma  
gno prelio siphacem deuic. xxx milia eo prelio hominum  
dicunt cesa. Siphax cum paucis equitibus in mauritios  
ex atie numidas extremi ppe oceanum aduersus gades  
colunt. refugit. Affluentibusq; ad famam ei⁹ undiq; barba  
ris. ingentes breui copias armauit. utrum qbus in hispa  
niam angusto directam fieto traiceret malimilla cum uis  
tore exercitu aduenit. isq; ibi cum siphace ingenti gloria  
p se. sine ullis cartaginensium opibus gessit bellum. In his  
pania nihil memorabile gestum preterq; q̄ celiberū iu  
uentute eadem mercede quā facta cum cartaginensibus erat.  
impatores romani ad se pduxerunt. & nobilissimos siphax  
nos sup. ccc. m̄ in italiam ad sollicitandos pplares qui int̄  
auxilia hanibalis erant miserunt. Id modo ei⁹ anni in his  
pania ad memoriam. insigne est. quod mercenarium mi  
litem in castris neminem anteq̄ tum celibos romani ha  
buerunt.

**C**ornelius scip. qui postea affr. ante annos edilis  
factus. Hanibal urbem tarentū preter arcē in  
quam p tarentinos iuuenes. q̄ se noctu uenatū  
ut simulabant ad presidium romanū fuge  
rant petit. Ludi appollinares ex martiis carminibus. quibus  
cannensis clades p̄dicta fuerat. instituti sunt. a q̄. ful  
uio & a p. claudio consulibus. Aduersus hannonem poe  
norum duce p̄spe pugnatum est. Tiber. sempronius  
graccus proconsul ab hospite suo lucim. insidias ductus  
a magone interfecit. Centenius penula. q̄ centurio mi  
litauerat. cum petisset a senatu ut sibi exercitus daretur.  
pollicitusq; eēt. si hoc impetrasset. de hanibale uictoriam.

unde militibus acceptis militum dux factus confluit acies  
 cum hanibale & cum exercitu cesus e. Capua oblesla est  
 a q. fulvio & appio claudio consulibus. Gn. fulvius pretor  
 male aduersus hanibalem pugnauit in quo prelio xx. ho  
 minum ceciderunt. ipse cum eqtibus. cc. effugit. M. lucius mar  
 cellus syraculas expugnauit tertio anno & ingentem se  
 uiru gessit. In eo tumultu capte urbis archimedes intente  
 formis quas in puluere descripserat interfectus e. p. &  
 gn. scip. in hispania tot reru feliciter gestarum triste exitu  
 tulerunt. prope cum totis exercitibus cesi anno octauo qua  
 in hispaniam ierunt. amissaq. ei. provincie possessio foret  
 nisi luti martii equitis romani uirtute & industria qui  
 contractis equitum reliquis eiusdem ortatu. bina castra hosti  
 um expugnata essent ad. xxvii. milia cesi. ex mille octoge  
 tis. preda ingens capta. Dux martius appellatus est.

liber XXV.



Um. hec in affrica atq. in hispania ge  
 runt. Hanibal in agro tarentino esta  
 tem consumpsit. spe per. pditone urbis  
 tarentinorum potiunde. Iplorum in  
 terim salentinorum ignobiles urbes  
 ad eum defecerunt. Eodem tempore  
 in brutiis ex duodecim pplis qui ano  
 priore ad penos descuerant. conscen  
 tini & tautini in fidem. p. R. redierunt. Et plures redisset.  
 ni. t. pomponius uerietatus prefectus sotiium aliquot pplis  
 populationibo. & in agro brutio iusti ducis speciem nactus. tu  
 multuario exercitu coacto cum hannone confluisset. Magna ibi  
 uis hominu. sed incondite turbe agrestium seruatorumq. cesi  
 aut capta est. minimumq. iacture fuit q. prefectus int. cete  
 ros est captus. Et cum temerarie pugne audote mente pu  
 blicanus omnibo malis artibus & rei. p. & sonetatis ifidus  
 danosulq. sempronius consul in lucaniis multa prelia parua  
 haud ullum dignum memoratu fecit. & ignobilia oppida  
 lucaniorum aliquot expugnauit. quod diuiti. traherat bel  
 lum & uariabant secunde aduersiq. res non fortuna mag

q̄animos hominum. Tanta religio & ea magna ex parte externa  
ciuitatem excessit. ut homines aut dei repente alii uiderent  
facti. nec iam in secreto modo atq; intra parietes ab hoste tene-  
bantur romani rit<sup>2</sup>. sed in publico etiam ac foro capitolioq; mu-  
lierum turba erat. nec sacrificantium. nec ap̄cantiū deos. mo-  
re patrio sacrifici ac uates cepant hominum mentes: quos  
numes auxit rustica plebs ex incultis diuturno bello itel-  
tisq; agris: egestate & metu in urbem compullā. Et quē  
ex alieno errore facit quē uelut ex concessē artis usū exerce-  
bant. primo secreta bonorum indignationes exaudiebant  
deinde ad patres etiam ad publicam querimoniam excel-  
sit res. inculati grauitē ab senatu trium uiriq; capitales: qđ  
non prohiberent commoueri eam multitudinem a foro. ac dis-  
dicere apparatus sacrorū conati essent. haud procul abfuit qn  
uiolarent. Vbi potenti<sup>2</sup> iam eē id malū apparuit q̄ ut mino-  
res p̄ magistratus sedaret. M. emilio pretori urbis negotiū  
ab senatu datum est. ut & his religionib; populū libaret. Is  
& in contione senatusconsultum recitauit & dixit ut quēq;  
libros uaticinios p̄dicationis suē aut artem sacrificandi  
haberet. eos libros omnes l̄asq; ad se ante kl̄. aprilis defer-  
ret. neu q; in publico sacro ue loco. nouo aut externo ritu sa-  
crificaret. Aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt.  
L. corneli<sup>2</sup> lentulus pontifex maximus & c. papiri<sup>2</sup>. c. fab-  
maxim<sup>2</sup> pontifex & p. furi<sup>2</sup> pilus augur. & c. papiri<sup>2</sup> lemalle  
decem uiri sacrorum. In lentuli locum. M. corneli<sup>2</sup> cethegus  
in papirii corneli<sup>2</sup> seruilius cepio pontifices suffecti sunt. Au-  
gur creatus. L. qnti<sup>2</sup> flāmini<sup>2</sup> decē uiri sacrorum. L. corneli<sup>2</sup>  
lentulus. Comitiorum consularium iam appetebat temp<sup>2</sup>.  
Sed q̄a consules a bello intentos auocare non placebat. T. le-  
pronius consul comitiorum causā didatorem dixit c. clau-  
dium centonem. Ab eo mag<sup>2</sup> equitum est didtus. q. fului<sup>2</sup>  
flaccus. didtator primo comitali die creauit consulem q.  
fuluium flaccum magistrum equitum. ap. claudiū pulcrū  
cui sicilia prouintia in pretura fuerat. Tum pretores crea-  
ti. en. fului<sup>2</sup> flaccus claudi<sup>2</sup> nero. M. iuni<sup>2</sup> silanus. p. corne-  
lius scilla. Comitiiis p̄fectis didtator magistratu abiit. Edilis

curulis fuit eo anno cum M. cornelio cethego p. cornelio sci-  
pio. cui post africanus fuit cognomen. Huic petenti edili-  
tatem cum obfisterent tr. pl. negantes rationem ei<sup>9</sup> habenda  
esse quod nondū ad petendum legitima etas esset. Si me-  
inquit omnes quiritēs humilē facē uolunt. satis annorū  
habeo. Tanto inde fauore ad suffragium ferendum in trib<sup>9</sup>  
discursum est ut tribuni repente incepto desisterint. Edi-  
lia largitio hec fuit. Ludi ē. pro ip̄is illius copiis magnifice-  
facti & diem unum instaurati & congi olei in uicos singulos  
dati. L. iulius t. apullus. & M. fundani<sup>9</sup> fundul<sup>9</sup> ediles ple-  
bei. aliquot matronas apud populum probri accusarunt.  
quasdam ex eis dānatas in exilium egerunt. Ludi plebei  
p. biduum instaurati & iouis epulum fuit ludorum causa.  
q. fului<sup>9</sup> flaccus tertium. app. claudius consulatū ineunt.  
& p̄tores prouintias sortiti sunt p. corneli<sup>9</sup> suillam urba-  
nam & pegrinam que duorum ante fors fuerat. C. N. fului<sup>9</sup>  
flaccus apuliam. c. claudius nero suessulam. M. iuli<sup>9</sup> silan<sup>9</sup>  
creatus consul. Consulibus bellum cum hanibale. & bine legi-  
ones decrete. Altā fabio superioris anni consuli. Altā fuluio cen-  
tumalo accipet p̄torum fului flacci. que lucerie sub emi-  
lio p̄tore neronis claudii que in piceno sub c. terrentio  
fuiſſent legiones essent supplementū in ea ipse scriberet sibi  
M. iunio inter consules legiones urbane prioris anni date. T.  
sempronio graccho & T. sempronio tuditano impiū puincie  
que lucani & gallie cum suis exercitibus prorogate. Itē. p.  
lentulo qua uet<sup>9</sup> prouincie in sicilia esset. M. marcello syra-  
cuse & qua hieronis regnum fuiſſet. T. octacilio classis gre-  
cia. M. ualerio sardinia. q. mutio sceuole hispania. p. & c.  
corneli<sup>9</sup> ad ueteres exercitus due urbane legiones a. cō-  
sulibus scripte. Summaq; trium & xx<sup>9</sup> legionum eo anno  
effecta est. delectum consulum M. postumi<sup>9</sup> pugensis cū  
magno prope motu rerum factū impeditus publicanus  
erat. postumi<sup>9</sup> q. multis annis parē fraude auaritiaq;  
neminem in ciuitate habuerat. preter lucium pompo-  
nium uetiētānū quem populantē temē agros in lucaniū  
ductu hannonis priore anno ceperant cartaginenses. hi

quod publicum periculum erat anni tempestatis. in his que portarent ad exercitum & eminenti erant facta naufragia ea ipsa que uera renuntiauerant fraude ipsorum facta erant non casu in ueteres quassatasque naues paucis & pui pretii rebus impositis cum misissent eas in alto. exceptis in prepatas scaphas nautis & multiplices fuisse merces ementiebant. Ea fraus indicata M. emilio pretori priore anno fuerat ac per eum ad senatum delata nec tamen ullo senatus consulto notata quia patres ordines publicanorum in tali tempore offensum nolebant. populus seuerior uindex fraudis erat. excitatiq; tandem duo tribuni plebis Spurius & L. caruilla cum rem inuisam infamemq; cernerent ducentum milium eris mulctam M. postumio dixerunt. Cui cum certandi dies aduenisset. consiliumq; tam frequens plebs adesset. ut multitudinem arx capitolii uix caperet. portata causa una spes uidebatur esse. si C. seuius calea tribuni qui propinquus erat cognatusq; postumio. priusquam ad suffragium tribus uocarentur intercessisset. Testibus datis tribuni populum summouerunt. Si te illa que data est. ut sortirentur ubi latini suffragium ferret. Interim publicani cales instare. ut concilio die eximeret populum reclamare. Et forte in cornu primo sedebat calea cui simul pudorq; animum uersabat. Cum in eo parum presidii esset. turbande rei causa. per uacuum in summo loco in eo irruerunt. iurgantes simul cum populo tribunisque non procul dimicatione res erat. cum fuluius consul tribuni. Videtis ne inquit uos in ordinem coactos esse. & res ad seditionem spectare. nisi prope dimittitis plebs concilium. plebe dimissa senatus uocatur. & consul refert de concilio plebs turbato uel atq; audacia publicanorum. M. furiu camillum cuius exiliu romana urbs secura fuerit dandari se ab iratis ciuib; passum esse. x uiros ante eum quorum legibus ad eam diem uiuerent. multos postea principes ciuitatis iudiciu de se pro. postumiu purgens suffragium populorum extorsisse. conciliu plebis sustulisse. tribunos in ordinem coegisse. contra populum. & aciem introduxisse. locu occupasse. ut tribunos a plebe includeret. tribus

in suffragiū uocari prohibuisse. nihil aliud a cede ac di-  
micatione continuisse homines. nisi patientiam magnā  
tuum quod cesserint in presentia furori atq; audacie  
paucorū uineiq; se ac pplm & passi sint. & comitia que re-  
ui atq; armis prohibuit<sup>r</sup> erat. ne causa querentib; dimi-  
cationem daretur. uoluntate ipsi sustulerunt. Hec cum  
ab optimo quoq; pro atrocitate rei acta essent. uimq; eam  
contra rem. p. & p. nitioso ex factam senat<sup>r</sup> decernēt. confel-  
tim curulii tr. pt. omilla multa certatione rei capitalis  
diem postumio dixerunt. ac ni uades daret p̄ndi a uiato-  
re atq; in carcerem duci iusserunt. postumi<sup>r</sup> uadibus datis  
non adfuit. tr. pt. uocauerunt plebem que ita sanciuuit.  
si M. postumius ante klal maias non prodisset neq; excu-  
satus eēt. citatusq; eo die non respondisset neq; excusatus  
esset uideri eum in exilio esse. bonaq; eius uenire. ipsi aq;  
& igni placē interdici. singulos deinde eorum q; turbe ac  
tumultus concitatores fuerant rei capitalis diem dicē. ac  
uades poscē ceperunt. primo non dantes. deinde etiam  
eos qui dare possent. in carcerem coniebant. Cui<sup>r</sup> rei p̄u-  
lum uitantes pleriq; in exiliū abierunt. Hunc fra<sup>r</sup> publi-  
canorū deinde fraudem audacia protegens exitū habuit.  
Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita. Ea  
comitia nouus pontifex. M. cornelius cetegus habuit. Res  
ingenti certamine petierunt. fului<sup>r</sup> flaccus consul qui &  
ante bis consul & censor fuerat & T. manlius torquat<sup>r</sup> &  
ipse duob; consulatibus & censura insignis. & Lucinius cras-  
sus q; edilitatem curulē petitur<sup>r</sup> erat. h<sup>r</sup> senes honoratosq;  
iuuenes in eo certamine deiecit. Ante hunc int. tū. c. an-  
nos & .xx<sup>i</sup>. nemo p̄ter p. cornelium calullam pontifex  
maximus creatus fuerat qui sella curuliū non sedisset.  
Consules delectū cum egre conficerent. q; inopia iuniorū  
non facilis in utrumq; & noue urbane legiones. & supple-  
mentū ueterib; scriberetur sufficiebat. Senat<sup>r</sup> absistē eos  
incepto uetuit. & triū uirōs binos creati iussit. Altos qui  
circa altos. q; ultra quinquagesimus lapidem in plateis fo-  
risq; & conciliabul omnem copiam ingenuorum inspicerent.

Et si qui roboris satis ad ferenda arma habere uiderentur etiam si nondum militari etate essent milites facerent ut quod minorum septem & decem annis in sacramento dixissent uel postea stipendia procederent ac si septem & decem annorum aut maiores milites essent. Ex hoc sunt creati trium uiri bini consuetudine ingeniorum per agros.

Eodem tempore in sicilia littere marci micelli de postulatis qui militabant in senatu recitate sunt. Cannensis relique cladis huius exercitus erat relegatas in siciliam sicut ante dictum est ne ante belli punici finem in italiam reportarentur. Hi promissu lentuli primores equitum centurionumque & robora ex legionibus peditum legatos in hispania ad M. marcellum miserunt. Equibus unum potestate dicendi facta. Consulem te M. marcelle in italiam adissemus cum primum de nobis & si non iniquum certe triste factum est nisi hoc sperassemus in provincia nos morte regum turbatam ad graue bellum aduersus siculos sit penosque mitti & sanguine nostro uulneribusque nostra uitae facturos esse sicut patrum memoriam qui capti pyrro ad eracleam erant aduersus pyrro ipsum pugnantes satis fecerunt quod quod ob meritum nostrum succensuistis. p. c. nobis aut succensetis ambos mihi consul & uniuersum senatum intueri uideor cum te micelle intueor. Quae si ad cannas consule habuissemus melior & res. p. & nostra fortuna esset. Sine priusquam de conditione nostra querat noxam cuius arguunt nos purgare. Sicut ita nec facti cuius lege immobilium rerum humanarum ordo seruit sed culpa primus ad cannas cuius tandem ea culpa fuit militum an impatorum. eque miles nihil unquam dicam de impatore eo cui praesertim sciam gratias ab senatu actas quod non despauerit de re. p. qui post fugam actam nisi per omnes annos protogatum impium certe uos item ex reliquiis cladis eius quos tribunos militum habuimus honores petere & gerere & provincias obtinere audimus an nobis nostrisque libere ignoscitis. facit. p. c. in haec uia capita seuiret & consuli primoribusque aliis ciuitatis fugere cum spe alia nulla esse turpe non fuit milites utique morituros in aciem misistis ad aliam prope omnis exercitus fugit ad fur



culas caudinosq; expertus quidem certamen tradidit hosti. ut  
alias pudendas elades exercituum. tamen tantum abfuit  
ab eo. ut illa ignominia int' exercitibus quereat' ut ea urbs  
r<sup>a</sup>. per eum exercitum q' ab allia in ueros transfugerat. recupe-  
rantur. & caudine legiones. que sine armis redierant romā  
armate remisse i' Cannium eundem illū hostem subiugū mi-  
serint: qui hac sua ignominia letatus fuerat. Cannensem uō  
quisq; exercitum fuge. aut pauori insimulare potest. ubi pl<sup>u</sup>  
L milia hominum ceciderunt. unde consul cum equitibus  
Lxx. fugit. unde nemo supel. nisi quem hostis cedendo fel-  
sus reliquit. Cum captiuis redemptio m'cabatur. nos uulgo  
homines laudabant. quod rei p' nos seruassemus. quod ad  
consulē uenissim' redissim' & speciem iusti exercitus fe-  
cissim' nunc deteriore conditione sum' q' apud patres  
nostros fuerant captiui. quippe illis arma tantū atq; or-  
do militandi locisq; in quo tenderent in castris ē mutat'  
que tamen semel nouata & p' opa & uno felici p'elio re-  
cupatunt. nemo eorū relegatus in exilium ē. nemī spes  
emēdi stipendia adempta. Hostis deniq; est datus cū  
quo dimicantes. aut uitam semel. aut ignominiam fini-  
rent. nos q'bul nisi quod cōmissimus. quisq; e' canensi pu-  
gna siue acie miles romanus supellet. nihil obici potest  
non solum a patria procul italiaq; sed ab hoste etiam rele-  
gati sum' nisi senescim' in exilio. ne qua spes. ne qua oc-  
casio abolende ignominie. ne qua placande ciuium ue-  
neq; deniq; bene moriendum sit. neq; ignominie fines.  
nec uirtutis premium petimus. modo exiri animus  
& uirtutes exercē liceat. laborem & piculū petim'. ut  
uiuorum. ut militū offero fungamur. Bellum in sicilia  
iam altū annū ingenti dimicatione geritur. urbes alias  
penus alias romanus expugnat. peditum & equitū acies  
concurrunt. ad Syracusās terra mariq; res gerit'. clamorē  
pugnantium. crepitumq; armorū exaudimus. resides  
ipī ac segnes tanq' nec manus nec arma habeam'. Seruo-  
rū legibus. T. sempronius consul tociens iam cū hoste sig-  
nis collatis pugnauit. ope p'etium habent libertatem.

ciuitatemq; pro seruis saltem ad hoc bellum emptis nob  
simul congregari cum hoste liceat & pugnando querere liber  
tatem. uis in mari uis terra uis acie uis urbibus oppugnā  
dis experiri uirtutem asprima queq; ad laborem piculumq;  
deposcimus ut quod ad cannas faciendum quit q; p̄mu  
fiat. quoniam quicquid postea uixim? id omne destina  
tum ignominie est. Sub hec dicta ad genua marcelli pro  
cubuērunt. Marcellus id nec iuris nec potestatis sue eē  
dixit. senatui scripturum se omniaq; de sententia patrum  
facturū esse: ee lres ad nouos consules allate ac p̄ eos re  
citatae sunt. consultusq; de his lris ita decreuit senatus.  
militibus qui ad cannas cōmilitones suos pugnantes de  
seruissent senatui nihil uideretur res. p. cōmittenda eē.  
Si claudio p̄consuli aliter uideret faceret quod de re. p.  
fiduciaq; sua duceret. dum ne quis eorum munere uaca  
ret. ne a dono militari uirtutis gratia donaret. ne ut  
in italiam reportaret donec hostis in terra italie esset. Co  
mitia deinde a p̄tore urbano de senat? sententia plebq;  
secta sunt habita. quibus creati sunt qnq; uiri muris tur  
ribus reficiendis. Et trium uiri bini trini sacris conqui  
rendis. donisq; p̄signandis. altis reficiendis. edibus fortunē.  
& matris intra portam carmentalem. sed & spei ext̄ por  
tam. que priore anno incendio consumpte fuerant. Tempes  
tates fere fuerunt in albano monte. Biduū continuū lapidi  
bus pluit. tacta de celo multa. due in capitolio edes. uallus  
in castris: multis locis sup̄ luessulam & duo uigiles exarati  
mur? turresq; quidam cum his non iste modo fulminibus sed  
etiam decusse. Rexte saxum ingens uolitare uel tubē soluo  
magis. sanguineq; simil. Horum prodigiorum causa dies  
mūnerum supplicio fuit. Et p̄ aliquot consules rebus diur  
nis opam dederunt & p̄ eos dies sac̄. nouendiale fuit.

Cum tarentinorū defectio iam diu & in spe hanibali & in  
suspitione romanis eēt. causa forte extrinsecus maturade  
ei? interuenit. pbilas tarentin? diu iam p̄ spem legationis  
r. cum esset uir inquieti animi & minime otium quo tū

diutino senescē uidebatur patientis. aditum sibi ad obli-  
dentes tarentinos iuenit. Custodiebantur in atrio libertatis mi-  
re cura. quia nec ipsis nec ciuitati eorū fallē romanos expe-  
diebat. Mos crebris colloq̄is sollicitatos corruptus editus du-  
obus qui cum primis tenebris custodie duxisset. ipse comes  
occulti itineris factus profugit. luce prima uulgata p̄ urbē  
fuga est. missiq̄ qui sequerentur a tracina comprehensos oēs  
retraxerunt. deducti in comitio uirgūq̄ approbante p̄ cesi-  
de saxo decidunt. Huius atrocitas pene duarum nobilissimarū  
italia grecarū ciuitatum animos irritauit. tum publice.  
tum etiam singulos priuatim. ut quisq̄ tam fede interemp-  
tos. aut propinquitate aut amicitia contingebat. Ex his <sup>est</sup> xiii.  
fere nobiles iuuenes tarentini coniurauerūt quorū p̄nci-  
pes nico. & philemenus erant. Hi prius q̄ aliquid mouerent.  
colloquendum cum hanibale rati. nocte p̄ speciem uenandi  
urbem egressi ad eū proficiscunt. Et cum haud p̄cul castris  
abessent. ceteri silua p̄pe uiam sese occultauerūt. Nico & phile-  
menus progressi ad stationes. comprehensiq̄ ultro id petē-  
tes ad hanibalem deducti sunt. qui cum & causas consilii sui  
& quid parent exposuissent. collaudati oneratiq̄ promissis.  
iubentur ut fidem p̄p̄tibus facerent p̄cedandi causa se  
urbe egressos. pecora cartaginensium. que pastum p̄pulla  
essent. ad urbem agere tuto. ac sine certamine. Id facturos  
promissum ē. conspecta ea p̄da iuuenum ē minus quia  
ites ac sepius id eos audē miraculo fuit. Congressi euz ha-  
nibale rursus fide sanxerunt liberos tarentinos leges sua  
q̄ omnia habituros. neq̄ ullum uestigal peno penituros.  
p̄sidium ne incitos recepturos. prodita p̄sidio cartagi-  
nensium fore. hec uiri conuenerunt. Tunc uero philemenus  
consuetudinez nocte egrediendi. redeundiq̄ in urbē fre-  
quentiorem facē. Et erat uenandi studio insignis. canesq̄ &  
alios apparatus sequebatur. captumq̄ ferme aliquid. aut  
ab hoste ex p̄p̄ato allatum reportando donabat. aut p̄-  
fecto. aut custodibus portatum nocte maxime commeate  
prop̄ metum hostium credebant. ubi iam eo consuetudi-  
nis adducta res est. ut quocunq̄ noctis tempe sibi loco de-

disset signum porta aperiretur. tempus agende rei hanibali  
uisum est. Tridui uia aberat ubi quo minus mirum esset  
uno eodemque loco statua eum tam diu habere etum egroz  
simulabat. Romanis quoque qui in presidio tarenti erat leg  
ei? mora suspecta esse desierat. Ceterum postquam tarentum ire co  
stituit decem milibus peditum atque equitum quos in expe  
ditione uelocitate corporum ac leuitate armorum aptissi  
mos esse ratus est electis quarta uigilia noctis signa mouit  
premissisque octoginta fere numidis equitibus precipit ut dis  
currerent circa uias plustrarentque omnia oculis ne quis  
agrestium procul spectator agminis falleret. progressos ret  
berent. obuios occiderent ut predonum magis quam exercitus  
accos spes esset. Ipse raptim agmine facto quindecim ferme  
militum spatio castra a tarento posuit. Et ne ibi quidem nun  
tiato quo perirent tantum conuocatos milites monuit uia  
omnes irent. nec diuertere quemquam aut excedere ordinem  
agminis paterentur & iprimis intenti ad impia accipien  
da esse. ne quid nisi ducum iussu facerent se in tempe edi  
eturum que uellet agi. Eadem ferme hora tarentum fama  
preuenerat. numidas equites paucos populari agros tiro  
remque late agrestibus iniecit. Ad quem nuntium nihil ule  
motus prefectus romanus quam ut parte equitum postero die  
luce prima iuberet exire ad arcendum prolationibus hostes.  
Interea adeo nihil obedientis cura est ut contra pro argumto  
fuerit ulla procuratio numidarum hanibalem exercitumque  
castris non mouisse. hanibal concubia nocte mouit. dux  
philemenus erat. Cum solito capite uenationis onere ceti  
proditores ea que composita erant expectabant. conuenat  
autem philemenus. portula assueta uenationem inferens.  
armatos induceret. parte alia portantem enitida adiret ha  
nibal. ea mediterranea regio est orientem spectabat aliquantulum  
intra menia includunt. Cum porte appropinquaret edum  
ex composito ignis ab hanibale est. refluxitque idem redditum  
ab nicone signum. Extincte deinde utrinque flammae sunt. ha  
nibal silentio ducebat ad portam. Nicon ex improviso ad por  
tas sopitos uigiles in cubilibus suis obtruncat. portamque apit.

hanibal cum peditum agmine ingreditur equites sublistere iubet ut quo res postulet occurrere libero campo possent. & philemenus parte alia portule qua comeari assuerat appropinquabat nota uox eius & familiare iam signum cum excitatis uigilem ipso dicente uix sustinere grandis bestie onus portula aperuit. Inferentes aprum duo iuuenes. secutus ipse cum expedito uenatore uigilem incautius miraculo magnitudinis. in eos qui ferebant uersum uenabulo traicit. Ingressi deinde xxx. fere armati ceteros uigiles obtuncant. restinguntque portam maximam & agmen sub signis confestim irrupit. in cum silentio in forum ducti hanibali se se coniunxerunt. Tum duo milia gallorum penus in tres diuisa partes per urbem dimittit tarentinos & infra quam maxime frequentia occupare iubet. Tumultu otto romanos passim cedi. oppidanis parere. Sed ut fieri id posset. precipit iuuenibus tarentinis ut ubi quem suorum procul uidissent. quiescere ac scilicet. ac bono animo esse iuberent. Iam tumultus erat clamorque qualis esse incapta urbe solet. sed quid rei esset. nemo satis pro certo scire. Tarentini romanos ad diripiendam urbem credere coortos. Romanus seditione aliqua cum fraude uideri aliqua ab oppidanis mota. profectus primo excitatus tumultu in portum confugit. Inde acceptus schapha in arcem confugit. Terrorem ex tuba audita ex theatro faciebat. nam & romana erat a proditoribus ad hoc signum preparata. & inscienter a greco inflata. quis aut quibus signum daret incertum efficiebat. ubi illuxit & romanis punica & gallica arma cognita tum dubitationem exemerunt. Et romanos greci passim cede stratos cernentes ab hanibale captam urbem senserunt. postquam lux certior erat. & qui ceditibus superuerant. in arcem confugerant. conticiscabantque paulatim tumultus. Tum hanibal tarentinos sine armis conuocare iubet. Conuenere omnes proterquam qui cedentes in arcem romanos ad omnem adendum simul fortunam persecuti fuerant. Ibi hanibal benigne allocutus tarentinos testatus quem prestitisset ciuibus eorum quos ad transymenum aut ad canas cepisset. simul in dominationem superbam romanorum inuectus. recipe se in domos suas quemque iussit. & foribus nomen suum inscribere.

se domos eas que inscripte non essent. signo ex templo dato diripi iussurum. Si quis in hospitio ciuis romani uacuas aut tenebat domos nomen inscripisset eum se p hospite habiturum. Contione dimissa cum titul notate fores discrimen pacate ab hostili domo fecissent. signo dato ad diripienda hospitia romana passim discursum est. Et fuit prede ali quantum. postero die ad oppugnandaz arcem ducit. quaz cu & mari quo in pene insule modum pars maior circuluit pro altis rupibus & ab ipsa urbe muro & fossa ingenti septa uideret. eoq nec uinee opibus expugnabilem fore ne aut se ipsum cura tuendi tarentinos. ac maioribus rebus moraret. aut in relictos sine ualido presidio tarentinos impetum ex arce cum uellent romani facerent vallo urbem inteseptare statuit. ab arce non sine ulla etiam spe cum prohibentibus opus romanis manum posse conseri. Et si ferocius procucurrissent magna cede ita attenuati presidii uires ut facile p se ipsi tarentu urbem ab his tueri possent. ubi ceptum opus est. patefacta repente porta imunientes impetum fecerunt romani pelliq se statio passa est. que pro ope erat ut successu cresceret audacia. pluresq & longi pullos prosequerentur. Tum signo dato coorti undiq peni sunt. quos instructos ad hoc hanibal tenuerat. Eo sustinere impetum r. sed ab effusa fuga loci angustie eos ipeditaq alia ope iam cepto alio apparatu opis morabant. plurimi in fossam precipitati occisiq sunt plures in fuga q in pugna. Inde & opus nullo prohibente fieri ceptu. Fossa ingens ducta & uallum intra eam erigitur. modicuq post interuallo murum etiam eadem religione addere parat. ut uel sine presidio tueri se aduersus romanos possent. Reliquit tamen modicum presidium simul intefaciendo muro adiuuaret. Ipse profectus cum ceteris copiis ad galesu flumen. qnq milia ab urbe abest. castra posuit. Ex his statuis regressus ad inspiciendu quod opus aliquantum opinione ei celerius creuerat. spem cepit etiam arcem expugnari posse. & e non altitudine ut cetera tuta. sed loco plano posita. & ab urbe muro tantum ac fossa diuisa.

Cum iam machinationū omni genere & opibꝫ oppugna-  
retur. missum a metaponto presidium romanis fecit ani-  
mū ut nocte ex iprouiso opa hostium inuaderent. alia  
disiecerunt. alia igni corruerunt. Atqꝫ finis hanibali fu-  
it ea parte arcem oppugnare. Reliqua erat in obsidione  
spes. nec ea satis efficax. quia arcem tenentes. quę in  
pene insula posita iminet faucibꝫ portus mare liberū  
habebant. Vrbs contra exclusa maritimis cōmeatibꝫ  
propiusqꝫ inopiam erant obsidentes q̄ oblessi. hanibal  
conuocatis p̄ncipibꝫ tarentinorum omnes presentes  
difficultates exposuit. neqꝫ arcis tam munitę expugnā-  
de cernē uiam neqꝫ in obsidione quicqꝫ habere spei do-  
nec mari potiuntur hostes. quod si naues sint quibus  
cōmeatꝫ inuehi prohibeant ex templo aut arcessuros aut  
dedituros se hostes assentiebantur tarentini. Ceterum ei  
qui consilium afferre. opem quoqꝫ in eam rem afferendā  
esse censebant. punicas enim naues ex sicilia accitas id  
posse facē. suasqꝫ sinu exiguo intus inclusas eē. Cū clau-  
stra portꝫ hostis haberet. quēadmodū inde in aptū mare  
euasuras. Euadent inquit hanibal multa que ipeditę na-  
ture sunt. consilio expediuntur. urbem in eam positam ha-  
betis. plane & satis late uie patent in omnis ptis uia que  
in portu p̄ mediam urbē ad mare transmissa est. plaustris  
transueham naues. haud magna mole. & mare nostrū erit.  
quo nunc hostes potiuntur. & illinc mare hinc tra circū-  
sedebimus arcem. ymo breui aut relictam ab hostibꝫ aut  
cum ipsis hostibꝫ capiemꝫ. Hęc oratio non spem modo effe-  
ctus. sed ingentem etiam ducis admirationē fecit cōtraf-  
ta ex templo undiqꝫ plaustra. iunctaqꝫ int̄ se & machine ad  
subducendas naues admotę. munitumqꝫ iter. quo facilio-  
ra plaustra. minorqꝫ moles in transitu eēt. Iumenta inde  
& homines contracti. & opus ip̄igre ceptum. paucolqꝫ post  
dies classis instructa ac parata circūuehit arcē. & an̄ ipsis  
portū ancoras iacit. Hunc statum rerum hanibal taren-  
ti reliqꝫ. regressus ipse in hiberna. Ceterum defectio ta-  
rentinorum utrum priore anno an hoc facta sit idiūsus

auctores trahunt. plures potest si quae aetate memorie rerum hoc anno tradunt factum. Romani consules pretoresque usque ante diem v. kl. maias latine tenuerunt. Eo die spectato facto in monte. in suas quisque proficiscuntur prouintias. Religio deinde noua obiecta est ex carminibus marcianis. uates huius marchii illustris fuerat. & cum inquisitio priore anno ex senatusconsulto talium librorum fieret. in M. emilii pretoris urbe quae eam rem agebat manserunt uenerant. Ille protinus nouo pretori si uult tradiderat. Ex huius martii duobus carminibus alterius postea est acta dediti curato auctoritas euentu. alii quoque cuius nundum tempus uenerat afferebat fidem. priore carmine cannenis praedicta clades in haec fere uerba erat.

Annem trouigenam cannam romane fuge. ne te alienigene cogant in campo diomedis conferre manus: sed neque credes tu mihi donec compleris sanguine campum. Multaque milia occisa tua deferat annis in pontum magnum. Ex terra frugifera pulcibus atque auibus feris queque incolunt terras. his fluat esca caro tua. nam mihi ita iuppiter factus est. & dyomedis arguicam post cannam flumi. quae militauerant in his locis iuxta atque ipsam eladem agnoscebant. Tum alterum carmen recitatum. non eo tantum obscurius quae incerta futura praeteritis sunt. sed proplexius etiam scripturae genere. Hostes romani si expellere uultis uomica. quae gentium uenit. longe appollini uouendos censeo ludos quae quot annis comitibus appollini fiant. cum populus dederit ex publico partem priuatis uti conferant pro se suisque his ludis faciendis petat pretor. ille qui ius populo plebique dabit summum. decem uiri greco ritu hostiis sacra faciant. Haec si recte facitis gaudebitis semper. fietque res uestra melior: nam is diu extinguet prouelles uiros quae uestros campos pascat. placide ad id carmen explanandum diem unum sumpturum postero die. senatusconsultum factum est ut decem uiri de ludis appollini reque diuina facienda inspicerent. Ea cum inspecta relataque ad senatum essent. censuerunt patres appollini ludos uouendos faciendosque. & quando ludi facti es-



sent duodecim milia eris pretori ad rem diuinā & duas  
hostias maiores dandas. Alterum senatusconsultum fē  
est ut decem uiri sacrum greco ritu facerent. hisq; hostiis  
appollini boue aurato & capris duabo auratis latone bo  
ue femina aurata. Ludos pretor in circo maxime cū factu  
rus esset edixit ut pp̄s p̄ eos ludos stipem appollini q̄n  
tum cōmodum eēt conferret. Hec est origo ludorum ap  
pollinarium uictorię non ualitudinis. ergo ut pleriq; tenē  
uotorum factosq; pp̄s spectauit. coronatus. matrone suppli  
cauere. uulgo aptis ianuis in propatulo epulati sunt. ce  
leberq; dies omni cerimoniarum genere fuit.

Cum hanibal circa tarentum consules ambo in s̄nio eēt  
sed circunsessuti capuam uiderent quod malum diutur  
ne obsidionis esse solet. iam famē campani sentiebant. q̄a  
sementem facē prohibuerant eos romani exercitus. Itaq;  
legatos ad hanibalem miserunt. ut prius q̄ consules in  
agros suos educerent legiones uicq; hostium presidis  
insiderentur frumentum ex pp̄inquis locis conuehi iu  
beret capuam. Hanibal hannonem ex brutiis cum exer  
citu in campaniam transire & dare opam. ut frumentico  
pia fieret campanis iussit. Hanno ex brutiis profectus cū  
exercitu uitabundus castra hostium. consulesq; q̄ in s̄nio  
erant. cum b̄nuento iam appropinquaret. xxx. passuum  
milia. ab ipsa urbe loco edito castra posuit. Inde ex s̄tio  
pp̄. quo estate comportatum erat. deuehi frumentum in  
castra iussit. presidis datis que cōmeatus eos prosequer  
entur. Capuam inde nuntium misit qua die in castris  
ad accipiendum frumentum presto eēt. omni undiq; ge  
nere uehiculorum iumentorumq; ex agris contracto. Ad  
pro cetā socordia negligentiaq; a campanis actum. paulo  
plus. cccc. uehicula missa. & pauca preterea iumenta. ob  
id castigati sunt ab h̄nnone. quod ne fames quidez que  
mutas accenderet bestias. curam eorum stimulare posset.  
Alia prodita dies ad frumentum maiore appatu petēdu.  
Ea omnia sicut acta erant cum enuntiata b̄nuentanis

essent legatos decem ex templo ad consules circa bouia-  
nuz castra romanorum erant miserunt qui cum auditis  
que ad capuam agerent & int se compassent ut alter i  
campaniam exercitu duceret. Fuluius cui ea prouincia  
obuenerat profectus nocte beneuenti menia est ingressus.  
Ex pproinquo cognoscit hannonem cum exercitus parte  
pfectum frumentatum duo milia plaustrorum inermesq  
aliam turbam aduenisse p tumultum ac trepidationes  
omnia agri castrorumq formam & militarem ordinem  
i mixtis agrestibus huius ex terris sublatum. His satis  
comptis consul militibus edicit signa tantum armaq  
in proximam expedient noctem castra punica expug-  
nanda ee quarta uigilia profecti sarcinis omnibus impe-  
dimentisq beneuenti relictis paulo ante lucem euz ad  
castra puenissent tantum pauoris iniecerunt ut si i  
plano castra posita essent haud dubie primo impetu  
capi potuerint. Altitudo loci & munimenta defende-  
runt que nulla ex parte adiri nisi arduo ac difficili  
aditu siue ascensu poterant. luce prima prelium ingens  
accensum est nec uallo modo tutantur peni sed ut qb  
locus equior eet detur nitentes p ardua hostes uicit  
tamen omnia pmax uirtus. & aliquot simul ptibus ad ual-  
lum ac fossas peruentum est sed cum multis uulneribus  
& militum pntio. Itaq conuocatis tribunis militum  
consul absistendum temerario incepto ait tuti sibi ui-  
deri reduci eo die exercitum beneuentuz dein postero  
castris se hostiu iungi ne exire inde campani ne ue-  
humano regredi posset. Id quo facili obtineat collega  
quoq & exercitum se eius accituru totumq eo uerlus  
bellum. Hec consilia ducis cum iam receptui caneret  
clamor militum aspnantiu tam segne impium diliecit  
proxime porte hostium erat cohors peligi cui pfectus  
iubius ereptum uexillu trans uallum hostiu traiecit  
execratus inde seq & cohortem si ei uexilli hostes po-  
titi essent princeps ipse per fossam ualluq in castra ir-  
rupit iamq int uallum peligi pugnabant cum alta

pro ualerio flacco tribuno militum tertiae legionis ex-  
brante romanis ignauiam: qui sotiis captorum castrorum  
concederent decus. T. pedanius princeps primus centurio  
cum signifero signum ademisset iam hoc signum & hic  
centurio inquit intra uallum hostium erit. Sequantur  
qui capi signum ab hoste prohibentur sint. Manipulares  
sui primum transcendente fossam. dein legio tota secuta  
est. Jam & consul ad conspectum transgredientium uallum  
mutato consilio ab reuocando ad incitandos hortandos  
que uersus milites. ostendere in quanto discrimine & pi-  
culo fortissima cohors sotiis & ciuium esset. Itaque pro se  
quisque omnes pro equo atque iniqua loca cum undique tela ue-  
rentur armaque & corpora hostes obicerent praedunt ir-  
rumpuntque. Multi uulnerati etiam quos uires sanguis  
desererent ut intra uallum hostium cadent nitebantur.  
Capta que momento temporis uelut in plano sua castra nec  
permutata. Cedes inde ut iam pugna erat omnibus intra  
uallum permixtis. Super sex milia hostium caesa, super septem  
milia campanorum cum frumentatoribus campanis omnesque  
plaustrorum & iumentorum apparatu capta. Et alia ingens  
praeda fuit quam hannus populabundus passim cum esset  
ex sotiis pro. r. agris traxerat. Inde deiectis hostium cas-  
tris beneuentum reditum est. praedamque ibi ambo consu-  
les nam & ap. claudius eo post paucos dies uenit. uendi-  
derunt diuiseruntque & donati quorum ope castra hosti-  
um capta erant. Ante alios acceus pelignus. pedanius  
princeps tertiae legionis. hannus ab comino octo quo nu-  
trata clades est castrorum cum paucis frumentatoribus  
quos forte secum habuerat. fugae magis modo quam itineris  
in brutios rediit. Et legati campani audita sua suorum  
que sotiis clade. legatos ad hannibalem miserunt qui  
nuntiarent duos consules ad beneuentum esse. diei iter  
a capua tantum non ad portas & muros bellum esse. ni-  
si prope subueniat celerius capuam quam atros in potestate ho-  
stium uenturam. nec tarentum quidem ut modo ante  
tanti debent esse. quam capuam quam cartagini equare sit

solitus desertam indefensamq; pplo romano tradat. Hani-  
bal cure sibi fore rem campanam pollicitus. in presentia  
duo milia equitum cum legatis mittit. quo presidio ags  
populationib; possent prohibere Romanis interim sicut  
aliarum rerum arcis tarentine presidiiq; quod ibi obside-  
retur cura e. C. seruli<sup>o</sup> legatus ex auctoritate patrum a  
p. cornelio pretore in eturiam ad frumentum coemen-  
dum missus cu aliquot nauibus onustis in portum ta-  
rentinum int hostium custodias puenit. Cui<sup>o</sup> aduentu  
q ante in exigua spe uocati sepe ad transitionem ab hosti-  
bus per colloquia erant. ultro ad transeundum hostes  
uocabant. sollicitabantq; & erat satis ualidum presidium  
transductis ad arcem tarenti tuendam militibus. Ita  
metapontini exempto metu quo tenebant. liberati ad  
hanibalem defecere. hoc idem eadem ora maris & thuri-  
ni fecerunt. Mouit eos non tarentinoru mag<sup>o</sup> defectio me-  
thapontinorumq; quib; iidem ex achaa oriundi etiaz  
cognatione iuncti erant. q ira in romanos propt<sup>o</sup> obsides  
nup interfectos. Eorum amici cognatiq; lras ac nuntios  
ad hanonem magonemq; q in spinquo in brutiis erant  
miserunt. Si exercitum ad menia admouissent. se i po-  
testatem eorum urbem tradituros esse. M. attinius turis  
cum modico presidio preerat quem facile elici ad certa-  
men teme ineundum rebantur posse non ta militu qe  
p paucos habebat fiducia. q iuuentutis turrine. Eaz ex  
industria centuriauerat. armaueratq; ad tales casus. di-  
uisis eo int se. duces peni cum agrum thurinū ingressi  
essent. hanno cum peditum agmine infestis signis ire ad  
urbem pgit. mago cum equitatu cectus collib; ad tegedas  
insidias subsistit oppositis. Attini<sup>o</sup> peditum agmine per  
exploratores compto copias in aciem deducit. fraudis in-  
testine. & hostium insidiarum ignarus pedestre preliuz  
fuit insigne pauis in prima acies pugnantibus roma<sup>is</sup>  
thurinis expectantib; magis q iuuantib; euentum. Et  
cartaginensiu acies de industria pedem referebat. ut  
ad terga coll' ab equite suo inlessi hoste incautu ptaber.

quo ubi uentum est coorti cum clamore equites prope in  
conditam thurinorum turbā nec satis fido animo unde  
pugnabat stantem ex templo in fugam auerterunt. Roma  
ni q̄q̄ circunuentos hinc pedites hinc equites urgebāt  
tamen aliquādiu pugnam traxere. postremo & ipsi terga uer  
tunt atq; ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglobati cū  
popularium agmen patentibus portis accepissent ubi ro  
manos fusos ad urbem ferri uiderunt conclamant instare  
penū p̄mixtosq; hostes urbem inualuros: ni p̄pe portas  
claudant. Ita exclusos romanos p̄buere hostia decē. Atti  
nius tamen cum paucis receptus. Seditio inde paulisp̄ te  
nuit cum inde aliū cedendum fortune & tradendā urbem  
uictoribus recenserent. Ceterum ut plerumq; fortuna &  
concordia mala uicerūt. Attinio cum suis ad mare ac naues  
deducto magis quia ipsi ob impium inferi rite ac iustum  
consultum uolebant quoniam respectu romanorum cat  
thaginenses in urbe accipiunt. Consules a bñuento ī cam  
panum agrum legiones ducunt non ad frumenta modo  
q̄ iam ī hibernis etant corrumpenda sed ad capuam oppug  
nandam nobilem se consulatum taz opulente urbis excidio  
rati facturos. simul & ingens flagitiū imperio dempturos  
quod urbi tam p̄pinq̄ tertium annum ipunita defectio eēt.  
& ut ad subita belli si hanibal quod facturum haud dubita  
bant ad opem ferendam totus capuam uenisset equites uim  
sustinē possent. Ti gracchū ex lucaniis cum equitatu ac leui  
armatura bñuentum uenire iubent. legionibus statuisq;  
ad obtinendas res ī lucaniis aliquem p̄ficeret. Graccho  
priusq; ex lucaniis moueret sacrificanti. triste p̄digiū factū  
est. ad exta sacrificio p̄petrato angues duo ex occulto allap  
si cinere reeur. conspectiq; repente ex oculis abierunt. Id euz  
auspiciū monitu sacrificiū instauraretur atq; intenti  
exta referata seruantur iterum ac tertio tradunt. libatoq;  
eo cinere intactos angues abisse cum auspices ad impato  
rem id p̄tinere p̄digiū p̄monuissent. & ab occultis ca  
uendum hominibus consultisq; nulla tamen providentia  
fatum iminens moueri potuit flauius lucanius fuit caput

partis ei<sup>9</sup> lucaniorum cui<sup>9</sup> pars ad hanibalem defecisset. q̄  
cum romanis stabat. etiam eo anno in magistratu erat ab iis  
dem illis creatus p̄tor. si mutata uoluntate locum gr̄e  
apud penum querens. neq̄ transire ipse. neq̄ trahere ad  
defectionem lucanios satis habuit nisi impatoris & eius  
dem hospitis proditi capite ac sanguine fedus cū hostib<sup>9</sup>  
sanxisset. Ad magonem q̄ in brutis p̄erat. clam in collo  
quium uenit. fideq̄ accepta si il<sup>9</sup> romanum impatorem  
tradidisset libos cum suis legibus uenturos in amicitiaz  
lucanios. dedit penum in locum pacis grachum adductu  
rus. Mago iubet ibi pedites equitesq̄ armare & cape eas  
latebras. ubi ingentem numerum occultet. loco satis isp̄  
to atq̄ undiq̄ explorato. dies composita rei gerende est.  
Flauius ad romanū impatorem uenit. rem se aut magnā  
inchoasse. ad quā p̄ficiendam ipsi<sup>9</sup> grachbi opa opus eē.  
omniū populorum p̄toribus qui ad penum in illo  
coi<sup>9</sup> italie motu descissent. p̄suasisse ut redirent i amici  
tiam romanorū. quando res quoq̄ humana que prope  
exitū clade kannensi uenisset. in dies melior atq̄ altior  
fieret. hanibalis uis senesceret. ac prope ad nihilū uenir  
set. ueteri delicto haud inplacabiles fore romanos. nullā  
unq̄ gentem magis exorabilem propitioremq̄ uenie dande  
fuisse. quotiens rebellionem etiam maiorum ignotū suorum.  
hec ab se sint dicta. Ceterum ab ipso grachbo eadem hec au  
dire malle eos. p̄ntisq̄ contingē dextram. id pignus fidei  
secum ferre. locum se conciliis edixisse. conspectu amotū.  
haud procul castris romanis. Ibi paucis uerbis transigē  
posse. ut omne nomen lucanium in fide ac societate roma  
na sit. grachus fraudem & sermoni. & rei ab eē credens.  
ac similitudine ueri captus. cum lictoribus ac turba equū  
a castris profectus duce hospite i insidias p̄cipitatus.  
hostes subito exorti & ne dubia proditio eēt. flauio hūis  
se adiungit. Tella undiq̄ in grachū atq̄ equites coniciūt.  
grachus ex equo desilit. idem cetōs facē iubet. hortaturq̄  
ut quod unum reliquū fortuna fecerit. ideo obstant uir  
tute. Reliquū aut qd esset. paucis a. multitudine i ualle.

silua montibusq; septa circumuentus preter mortem id  
referre utrum presentes corpora peccorū modo mlti tru-  
cidentur. an toto a. patiendo expectandoq; euentū in  
impetum atq; iram uerbo agentes audentesq; pfusi hosti-  
um cruore inter expirantium inimicorum cumulata  
armaz & corpora cadant. Lucanium proditorem ac tñs-  
fugam omnes peterent qui eam uictimam pre se ad in-  
feros misisset eum decus eximium egregiumq; solatiū  
sue morti inuenturum. Antē hęc dicta paludamento cir-  
cum leuam brachiū in torto. nam nec scuta qdēz secuz  
extulerant. in hostes impetum fecit. Maior q̄ pro nūo  
hominū editur pugna. iaculis maxime opta corpora ro-  
manorum. Et cum undiq; ex altiorib; locis in cauem  
uallē quo recur esset transfigunt. grachum iā nudatum  
presidio uiuum cape peni nituntur. Ceterz conspicatus  
lucanium hospitem inter hostes infestus inualit. ut par-  
ci ei sine multoz p̄nitie non posset. Exanimē euz mago  
ex templo ad hanibalem misit. poniq; cum captis simul  
falciis ante tribunal impatoris iussit. Hęc sera fama est.  
Grachus i lucaniis ad campos qui ueteres uocant. p̄iit.  
Sunt q; in agro b̄riuentano prope calorem fluumm osten-  
dant a. castris cum lictorib; ac trib; seruis lauandi causa  
progressum. cum forte inter salicta inata ripis laterent  
hostes. nudum atq; inermē saxis que etiam uoluit am-  
nis ppugnantem interfectum. Sunt qui aruspiciū moni-  
tu q̄ngentos passus a. castris progressum. uti loco puro  
eaq; ante dicta prodigia sunt. procuraret. ab insidentib;  
forte locis duab; turmis numidarū circumuentū feri-  
bant. Adeo nec locus nec rō mortis in uiro tam claro &  
insigni constat. Funeris quoq; grachi uaria fama. Alii in  
castris romanis sepultum a. suis. alii ab hanibale. & ea  
uulgatior fama est. tradunt in uestibulo punicorum cal-  
trorum rogam extructum esse. armatum exercitum de-  
cucurrisse cum tripudiis hispanorū motibusq; armo-  
rum. sue quiq; genti assuetus iplo hanibale omni rerū  
uerborumq; honore exeqas celebrante. Hęc tradunt q;

in lucaniis rei geste auctores sunt. Si illis qui ad calores  
fluuiū interfectū memorant credere uelis. capitis tan-  
tum gracchi hostes potiti sunt. Eo delato ad hanibales  
missus ab eo confestim carthalo. q̄ in castra romana ad en-  
cornelium questorē deferret. huius funus impatoris in  
castris celebrantibus cum exercitus bñuentan⁹ fecit.

Consules agrum campanum ingressi. cum passim popu-  
larentur eruptione oppidanorum & magonis cum eq-  
tatu territi & trepidi ad signa milites palatos passim  
reuocarunt. & uix dum iūstrueta acie fusi supra mille  
& quingentos milites amiserunt. Inde ingēs ferotia sup̄te  
suopte ingenio creuit genti. multisq̄ preliis laceſcebat  
romanos. sed intentiores ad cauendum consules una  
pugna fecerat. incaute atq̄ inconsulte inita. Restituit  
bis animos & illis minuit audaciam parua una res. Sed  
in bello nihil tam leue est. quod nō magne interdū rei  
momentum faciat. T. quintio crispino badi⁹ campanus  
hospes erat p̄ familiari hospitio iunctus. Creuerat consue-  
tudo. quod eget ē apud crispinū badi⁹ ante defectionem  
campanā liberaliter comiterq̄ curat⁹ fuerat. tum badius  
progressus ante stationes. que pro porta stabant. uocāi cris-  
pinū iussit. quod ubi crispino est nuntiatum. ratus colloq̄-  
um amicum ac familiare queri. manente memoria etiam  
in dissidio publicorum federū priuati iuris paulum a cete-  
ris processit. postq̄ in conspectum uenē prouocat te inq̄t  
ad pugna crispine badius. Conscendamus equos. sūmo-  
tisq̄ aliis uter bello melior sit decernamus. Ad ea crispinus  
nec sibi nec illi aut hostes de cē. in quibus uirtutem senti-  
at. si in acie occurrit. declinaturum ne hospitali cede dex-  
tram uiolet. conuersusq̄ abibat. enim uero feroci⁹ tuz cam-  
panus inerepare mollitiem ignauiamq̄. & se digna p̄bra  
in n̄sontē iacē. hospitalem hostem appellans. simulantē.  
q̄ parē cui sciat parem se non esse. si parum publicis  
federibus ruptis direpta simul & p̄uata iura esse putet.  
Badium campanū. L. q̄ntio crispino ē. palam omnib⁹ duob⁹



lium ineunt. Itaq; nequaq; in portis potuit resisti. Intra por  
tas concursu ex totis castris ad primū clamorē. & tumultū  
facto atrox preliū oritur. diuq; tenuissent ni eruenta scuta  
romanorum uisa. inditium alteri<sup>9</sup> cladis penis atq; inde pa  
uorem inieculent. Hic terror in fugā uertit omnes. effulsiq;



qua iter est nisi quos cedes opprēssit. Exuuntur castris atq;  
ita nocte ac die bina castra hostiū oppugnata ductu L. martii  
ad triginta septē milia hostiū cesa. Autor ē claudi<sup>9</sup> q. annales  
accilianos ex græco sermone uertit. Captos ad mille viii.  
xxx. prædam ingentē paratam. ne abfuisse clipeū argenteū  
pondo Cxxviii. cum ymagine brachini hasdrubal. Va-  
leri<sup>9</sup> anticias una castra magonis capta tradidit septem mi-  
lia cesa hostiū. altō prelio eruptione pugnatiū cum hasdru-  
bale decem milia occisa. quatuor milia. ccc. xxx. captos. pils  
qñq. hominum cum magone cedentis. nostros effuse seqre-  
tur cesa ex insidiis scribit. Apud omnes magnū nomē mar-  
cii ducis est. & uere glorie ei<sup>9</sup> etiam miracula adduēt. Flam-  
mam ei contionanti fulam e capite sine eius sensu. cum  
magno pauore circumstantiū militū. monumentumq;  
uictorie ei<sup>9</sup> de penis usq; ad incensum capitolium fuisse.  
in templo clipeū martium appellatū cum ymagine has-  
drubalis. quiete deinde aliquñdiu in hispanie res fuere.  
utriq; post tantas inuicem acceptas. illatasq; clades cu-  
nctantib; piculū summe rerum facere.

Dum h in hispania gerunt. Marcellus captis syraculis cū  
cetera ī sicilia tanta fide atq; integritate composuisset ut  
non modo suam gloriam. sed etiam maiestatem populi ē.  
augerent. ornamenta. signa urb; tabulasq; qbus habun-  
dabant syracuse romam deuexit. Hostium quidem illa  
spolia & parta belli iure. Ceterum inde primūz initiū  
mitandi græcarū artium opa licentiaq; hinc sacra pro-  
phanaq; omnia uulgo spoliandi factus est. que postremo  
in romanos deos templūz id ipsum primū quod a mar-  
cello eximie ornatum est. uertit. uisabantur enim ab  
extinis ad portam capenam dedicata. a marcello tēpla  
propter excellentia ei<sup>9</sup> generis ornamenta. quorum p  
exigua pars compet. legationes omniū ferme ciuitatū  
sicilię ad eum conueniebant. dispar ut causā earū ita  
contio erat. Qui ante captas syraculas dediderant. ut  
uicti a uictore leges acceperunt. Erant tamen haud pue-

reliquie belli circa agrigentū t<sup>is</sup> Epicides & hāno du-  
ces reliqui prioris belli & terti<sup>o</sup> nouus ab hannibale in  
locum hūpocatis missus. libipenicum gnīs hippacina-  
tis mutionem populares uocabant. uir impiger & sub  
hanibale magistro omni belli arte edoctus. huic ab  
epicide & hannone numide dati auxiliares. cum q<sup>u</sup>-  
bus ita puagatus hostiū agros. ita sotios ad retinen-  
dum in fide animos eorum. ferendum q<sup>u</sup> in tempore  
cuiq<sup>u</sup> auxilium adit. ut breui tempore totam siciliā  
impleret nominis sui. nec spes alia maior apud fa-  
uentes rebus carthaginensium eēt. Itaq<sup>ue</sup> inclusi ad tē-  
pus menibus agrigenti dux penus Syraculanusq<sup>ue</sup> nō  
consilio mutionis. qua fiducia magis ausi egredi ext<sup>er</sup>  
muros. ad hiemeram anem posuerunt castra. quod  
ubi platum ad marcellum est. ex templo copias mouit  
& ab hoste quatuor ferme milium interuallo consedit  
quid agerent. parent ue expectaturus. Sed nullū neq<sup>ue</sup>  
locum neq<sup>ue</sup> tempus cunctationi consilio ue dedit mu-  
tiones. Transgressus anez ē. ac stationib<sup>us</sup> hostiū cum  
ingenti terrore ac tumultu inuectus. postero die ppe-  
uiso prelio compulit hostē int<sup>er</sup> munimenta. Inde re-  
uocatus seditione numidarum in castris facta. cū. cc<sup>o</sup>.  
ferme eorū heracleam in oram concessissent. ad miti-  
gandos. reuocandosq<sup>ue</sup> eos profect<sup>o</sup> magnope monuisse  
duces dicitur. ne absente se cū hoste manus conferent.  
Id ambo egre passi duces. magis hāno an<sup>o</sup> anxi<sup>o</sup> gl<sup>ori</sup>e eius  
mutionem sibi modū facē degenerē affrū impatori car-  
thaginensi missō ab senatu populoq<sup>ue</sup>. Is ppulit cunctā-  
tem epycidem ut transgressi flumen in aciem exirent.  
nam si mutionem opirentur. & sede pugne fortuna e-  
uenisset. haud mutionis gloriam fore. Enim uero idig<sup>m</sup>  
rat<sup>o</sup> marcell<sup>o</sup> se qui hanibalem subnixum uictoria can-  
nensi ab nola repulisset. il terra mariq<sup>ue</sup> uictis ab se  
hostibus cedere arma prope cape milites & efferti sig-  
na iubet. Instruente exercitu decem effulis eq<sup>u</sup> aduolat  
ex hostium acie numide nuntiantes populares suos pri-

num ea seditione motos qua .ccc. ex numero suo concesserint heracleam dein quo prefectum suum ab obtrectationibus ducibus glorie eius sub ipsam certaminis diem ablegatum uideant quieturos in pugna. Gens fallax promissam fidem prestitit. Itaque & romanis creuit animus nuntio celesi per ordinem misso destitutum ab equite hostem esse quem maxime timuerant & territi hostes preterquam quod maxima parte uirium suarum non iuuabant. timore etiam incusso ne ab suo & ipsi equite oppugnarentur. Itaque haud magna uis certaminis fuit. primus clamor atque impetus rem decernit. Numidae cum in cursu gestitissent in cornibus, ut terga dantes suos uiderunt. fugerunt tantum parump comites facti postquam omnes agrestium trepido agmine petentes uiderunt. ipsi metu obsidionis passim in ciuitates proximas dilapsi. Multa milia hominum caesa capta & octo elephanti. Hec ultima in sicilia marcelli pugna fuit. uictor inde in syraculas rediit. Jam ferme in exitu annus erat. Itaque senatus decreuit rome, ut per cornelium pretor romanus lras capuam ad consules mitteret, dum hanibal procul abesset. nec ulla magna discriminis res ad capuam gereretur. Alter eorum si ita uideret ad magistratus subrogandos romam ueniret. Litteris acceptis inter se consules comparunt ut claudius comitia proficeret. fuluius ad capuam ueniret ibique maneret. Consules claudius creauit. C. N. fuluium centimalum & P. sulpitiu. serui. q. f. galbam qui nullum antea curulem magistratum gessisset. pretores deinde creati. cornelius ceterus. C. sulpitius piso. pisoni iurisdicatio urbana. sicilia. cethego. Apulia. lentulo sardina euenit. Consulibus prorogatus in annum impius est.

**H**anibal ad tertium ab urbe roma lapidem super anes castra posuit. ipse cum duobus milibus equis usque ad ipsam capenam portam ut situm urbis exploraret, obequitauit. Et cum per triduum in aciem

utriusque exercitus omnis descendissent certamen tempe-  
 tas diremit nam cum in castra redisset statim serenitas e-  
 rat principes campanorum ueneno sibi mortem consci-  
 uerunt. Cum senatus campanorum deligatus esset ad pal-  
 los & seueri feriret litteras a senatu missas. Q. fuluius con-  
 quibus uidebat p̄c̄. anteq̄ legeret in sinu posuit. & lege-  
 agi iussit & supplicium p̄git. Cum comitibus apud p̄p̄s  
 quereretur cui mandaret hispanorum imperium. p. scipio  
 p. fil. ei q̄ in hispania ceciderat professus est se iturum  
 & suffragio p̄. consensuq̄ omnium missus nouam carta-  
 ginem expugnauit cum haberet annos. xxiiii. uideret  
 q̄ diuina stirpe. quia & ipse postq̄ togam accepit quoti-  
 die in capitolio erat & in cubiculo matris eius anguis se-  
 pe uidebat. Res preterea in sicilia gestas continet & ami-  
 citiam cum etholis iunctam. Bellumq̄ gestum aduersus  
 arcananum & philippum macedonum regem.

*liber XXVII.*



CORNELIUS. fuluius centimalus. p.  
 sulphitius galba consules cum idibus  
 martii magistratum inissent Sena-  
 tum in capitolium uocato de re p̄-  
 de administratione belli de pro-  
 uinciis exercitibusq̄ patres consu-  
 luerunt. fuluio. ap. claudio poris  
 anni consulibus prorogatum im-  
 perium est. atq̄ exercitus quos habebant decreti adieci-  
 ne a capua quam obsidebant abscederent priusq̄ oppug-  
 nassent eam. Tum cura maxime intentos habebat roma-  
 nos. non ob ita tantum que in nullam unquam ciuitatem uisti-  
 or fuit q̄ quod urbs tam nobilis ac potens sicut defectio-  
 ne sua traxerat aliquot populos. ita recepta inclinatura  
 rursus animos uidebatur ad ueteris imperii respectum. Et  
 poris anni pretoribus. M. iunio etrutia. p. sempnio gallia  
 cum binis legionibus quas habuerant prorogatum est imperi-  
 um. prorogatum etiam. M. marcello. ut p̄ consul in sicilia re-

liquas belli p̄ficeret eo exercitu quem haberet si supplemē  
to opus eēt. suppleret de legionibz quibus p. corneli<sup>o</sup> p̄p̄tor  
in sicilia p̄ceisset dum ne quē militem legeret. ex eo nume  
ro quibus senatus missionem reditumq; in patriam negal  
set ante belli finem. C. pupio cui sicilia euenerat due legio  
nes quas p. cornelius habuisset decrete & supplementum  
de exercitu. Cn. fuluii qui priore anno in apulia fede celsus  
fugatusq; erat. huius gn̄i militum senatus. eundem quem  
cannensibz sine statuerat milite. Additum etiam ut utroq;  
ignominie est ne in oppidis hibernarent. ne ue hiberna p̄p̄ius  
ullā urbem decē milibz passuum edificarent. L. cornelio ī  
sardinia due legiones date quibusq; nunti<sup>o</sup> p̄fuerat. sup  
plementum si opus eēt consules scribē iulli oetacilio &  
M. ualerio sicilie grecieq; ora cum legionibus classibusq;  
quibz p̄cestant decrete. Quinquaginta greci cum legione  
una: centum siculi cum duabz legionibz habebant nauos.  
Tribus & xxx<sup>ta</sup> legionibus romanis. eo anno bellum tra  
mariq; est gestum.

Principio anni cum de lris. L. martii referretur. res geste  
magnifice senatui uise. Titulus honoris quod impio non  
populi iussu. non ex auctoritate patrū dato. p̄p̄tor se  
natui scripserat. magnā partē hominum offendebat. Res  
mali exempli eēt impatores legi ab exercitibz. & sollēne au  
spiciatorū comitorū. in castra prouintias procul ab legi  
bus magistratibusq; ad militarem temeritatē transferri.  
Et cum quidam referendum ad senatum censerent. meli<sup>o</sup>  
uilem differri eam consultationem proficiscerentur eques.  
qui ab martio lris rescribi de frumento & uestimentis ex  
citus placuit. eam utrinq; rem cure fore senatui ascribi at  
p̄p̄tori. L. martio non placuit. ne id ipsum quod consul  
tationi reliquerant pro p̄iudicato ferret. dimissis equibz  
de nulla re prius consules retulerunt. omniumq; ī unū  
sniē congruebant agendum cum tribunis plebis esse. pri  
mo quoq; tempore ad plebē ferrent quem cum impio mit  
ti placeret ī hispaniam ad eum exercitū cui. cn. scipio im  
pator p̄fuisset. Ea res cum tribunis acta p̄mulgataq; est.

sed aliud certamen occupauerat animos. s. sempronius plelius  
die dicta. cn. fuluium ob exercitum in apulia amissum in  
contionibus uexabat. multa imperatoris temeritate atq; in  
scientia exercitum in locum precipitem praeduxisse dic  
titans. neminem praeter. cn. fuluium ante corrupisse  
omnibus uitis legiones suas q̄ perderent. Itaq; uere di  
ci posse prius eos pisse q̄ uiderent hostem. nec ab hanibale s;  
ab imperatore suo uictos esse. neminem cum suffragium inerat  
satis cernere cui impium. cui exercitum pmittat. quid int  
fuisse int. ti. sempronium cum ei seruatorum exercitum dat' eet.  
breui effecisse disciplina atq; impio ut nemo eorum gnus  
aut sanguinis sui memot in acie esset. praesidio sortis hosti  
bus terrori essent. cum ad beneuentum aliasq; urbes eos ue  
lut e faucibus hanibal ereptos populo. R. restituisset. cn. ful  
uium quiritium romanorum exercitum honeste genitos.  
liberaliter educatos seruilibus uitis imbuisse. G. effecisse  
& feroces & inquietos inter sortios ignaui & rebelles int' hos  
tes essent. nec impetum modo penotum sed ne clamorem  
quidem sustinere possent. nec hercule mirum esse milites in  
acie. cum primus omnium imperator fugeret. magis mirari  
se aliquos stantes cecidisse & non omnes comites. cn. fului  
fuisse pauoris ac fuge. C. Flaminium. L. paulum. L. postumum  
cn. app. scipiones eadem in acie malluisse. q̄ deserere circun  
uentos hostibus suos exercitus. cn. fuluium prope unum  
nuntium delecti exercitus romam redisse. Facinus indi  
gnum esse canensem exercitum q̄ ex acie fugerit in sic  
liam deportatum. ne prius inde dimittatur. & h' idem t  
cn. fuluii legionibus nup' decertum. cn. fuluii fugam ex  
praelio ipsius temeritate commisso ipunitam esse. & eum in  
ganea lustrisq; ubi iuuentam egerit. senectutem acturum.  
milites qui nihil aliud peccauerint q̄ quod impietis si  
miles fuerint. relegatos prope in exilium ignominiosas  
pati militiam. adeo imparem libertate rediti ac campi. ho  
norato atq; inhonorato esse. Reus ab se culpam in mili  
tes transferebat. eos ferociter pugnam poscentes pductos  
in aciem. non eo quo uoluerint qa ses dies fuerit. sed pos

terro die & tempore & loco eque instructo. seu famam seu  
uim hostiū non sustinuisse. cum effulse omnes fugerunt.  
se quoq; turba ablatum ut uarronē cānensi pugna ut  
multos alios impatores. quid autem solum se restantes  
prodelle. t. p. p. nisi si mors sua remedio publicis cladib;  
futura esse potuisset. non se inopia cōmentus. non in loca iniq;  
incauta incaute deductum. non agmine inexplorato euntem  
insidiis circumuentum. ui aperta armis acie uictum nec su-  
orum animos nec hostium in potestate habuisse. suū cuiq;  
ingenium audaciam aut pauorem facere. Bis est accusatus.  
pecuniaq; inq;litum. tertio testib; datis cum pretiq; quod oī  
bus probis onerabatur. iurati p multi dicerent. fuge pau-  
risq; initium a pretore ortū. ab eo desertos milites. cū haud  
uanum timorem uocis crederent terga dedisse. tanta ira ac-  
censa est. ut capite inq;rendū contio succlamaret. de eo q;  
nouum certamen ortum. nam cum bis pecunia inq;lisset  
tertio capitis se inq;re dicēt. pleb; tribuni appellati cum  
lege negarunt se in mora eē. quo min<sup>o</sup> quod ei more ma-  
lorum pmissum eēt. seu legibus seu morib; mallet. inq;  
reret. quo ad uel capitis uel pecunie iudicasset priuato.  
tū sempronio pdueniēnis se iudicare. en. fuluio dix. die  
q; comitiis ab e. calpurnio pretore urbis petit. Inde alia  
spes ab eo tentata est. si ad eē iudicio. q. fului<sup>o</sup> frater p. flo-  
rens. tum fama rerum gestarum. & propinqua spes potiu  
de capue. Id cum p. lras miserabiliter pro fratris capite  
scriptas petisset fuluius. negassentq; patres. c. r. p. eē able-  
di a capua postq; dies comitorū aderat. en. fului<sup>o</sup> exula-  
tum tarquinos abiit. Id ei iustum exilium eē sciuit plebs.

- 4 Inter h; uis omnis belli uersa in capuam est. obsidebatur  
tamen carius q; oppugnabatur. nec aut famē tollerare ser-  
uitia. ac plebs poterant. aut mittē nuntios ad hanibale  
p. custodias armatas. Inuentus ē autem numida qdam  
qui acceptis lris euasurum se professus. promissu p. sta-  
ret. p. media romana castra nocte egressus. spē accēdit cam-  
panis dum aliqd uirum supeēt. ab oī pte eruptionē temp.

tandi. Ceterum in multis certaminibus equestria praelia ferme  
prospici faciebant. pedites superabant. sed nequaquam tam letum  
vincere. quam triste uinci. ulla parte erat ab obsessis. & prope ex  
pugnato hoste. Inita tandem ratione. ut quod uiribus deerat  
arte equaretur. Ex omnibus legionibus electi sunt iuuenes  
maxime uigore ac leuitate corporum ueloces. Eis parme  
breuiiores quam equestres. & septena iacula. quatuor longa pe  
des data. prefixa ferro. quale hastis militaribus inest. Et eos  
singulos in equis suis accipientes equites assuescecerunt. &  
ubi post se se desilire permittit. ubi datum est signum esset.  
postquam assuetudine quotidiana satis intrepide uisum est  
fieri in campum qui mediis inter castra murumque erat. auer  
sus. instructi campanorum equites processerunt. Et ubi  
ad coniectum telluris uentum est. signo dato uelites desiliunt.  
pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites  
incurrit. iaculaque cum impetu alia super alia emittunt. quibus  
plurimis in equos uirosque passim coniectis per multos uul  
nerauerunt. pauoris tamen plus ex re noua quam inopina  
ta iniectum est. & impetum hostem equites inuecti. fu  
gam stragemque eorum usque ad portas fecerunt. Inde equita  
tu quoque superior romana acies fuit. Institutum ut uelites  
in legionibus essent. Auctorem pedum equitum imiscendorum  
centurionem qui tum in uanum erant. honoris id ei apud  
impatorem fuisse.

5 Cum in hoc statu ad capuam res essent. hanibalem diu  
sum tarentine arcis potiunde capueque retinende trabe  
bant cure. uicit tamen respectus capue. inquam omnium  
sotiorum hostiumque conuersos uidebat animos. docum  
to future qualemcumque euentum defectio ab romanis ha  
buisset. Igitur magna parte impedimentorum relicta in  
brutiis & omni grauiore armatu cum delectis exatibus  
pedum equitumque qui poterat aptissimus ad maturan  
dum in campaniam contendit. secuti tamen tres capti  
euntem tres & xxx. elephanti. In ualle occulta. post tra  
ta montem iminentem capue consedit. Adueniens cum castel  
lum galatiam presidio ui pulso cepisset. in circū sedentes



capuam se uertit. premillis namq; nuntiis capuaz quo  
tempe castra romana aggressurus esset. ut eodem & illi ad  
eruptionē parati portis omnibus sese effunderent. ingen-  
tem prebuit terrorē. nam alia parte ipse adortus est alia  
campani omnes pedites eqtesq; & cum his punicum p̄si-  
dium. cui bostar & hanno p̄erat. erupit. Romani ut ī re-  
trepida ne ad unam concurrento partem aliquid indefen-  
si relinquerent. ita int̄ se copias partiti sunt. Ap̄ claudi<sup>o</sup>  
campanis. fului<sup>o</sup> hanibali est oppositus. C. nero p̄pretor.  
cum eqtibus sex legionum uia que suessulā fert. C. fului<sup>o</sup>  
flaccus legatus cum sociali equitatu constitit e regione uul-  
turni ānis. p̄selium ut solito modo clamore ac tumultu  
est ceptū. sed ad alium uirorum equorū armorūq; sonū  
disposita in muris campanorum itell̄ multitudo. tantū  
cum eris crepitu qualis in defectu lune. scilenti nocte fie-  
ri solet. edidit clamorem ut auerteret etiam pugnantū  
animos. Campanos facile in uallo appi<sup>o</sup> arcebat. Maior  
uis ab altā parte. fuluium hanibal & peni urgebant. le-  
gio ibi sexta loco secessit. Quia pulsā cohors hispanorū euz  
tribus elephantis usq; ad uallum p̄uasit. rupatq; mediam  
aciem romanorum. & in ancipiti spe ac piculo erat. utruq;  
in castra p̄ump̄e an includeretur a suis. quem pauores  
legionis piculumq; castrorū fuluius ubi uidit. que na-  
uium primoresq; alios centurionū hortatur ut cohortē  
hostium in uallo pugnantem inuadant. In summo discri-  
mine rē uertit. aut uiam dandam his eē & minore cona-  
tu q̄ in condemp̄sam aciem irrupissent in castra irrup-  
turos. aut conficiendos sub uallo eē. nec magni certami-  
nis rem fore. paucos eē & ab suis int̄elulos. & q̄ dum  
pauēat romanos interrupta acies uideat. etiam si se-  
utring; in hostē uertat. ancipiti pugna medios circun-  
uenturam. Hauri<sup>o</sup> ubi hec impatoris dicta accepit. secun-  
di hasta signum ademptum signifero in hostes infert  
iacturum in medios eos minitans. nisi prope sequant̄  
milites & partē capellant pugne. Ingens corpus erat &  
arma honestabant. & sublatum alte signum conuerterat

ad spectum ciues hostesque. Ceterum postquam iam ad id signum  
puenerat hispanorum tum undique in eum tegule coniecte  
& prope in unum tota acies uersa. Sed neque hostium mul-  
tudo neque telorum uis arcere impetum eius uiri potu-  
it. & in attilius legatus primi principis ex eadem legioe  
6 signum inferri. in cohortem hispanorum coegit & qui cal-  
tris preerant. L. portius lucinus & ti. popilius legati pro-  
uallo acriter pugnabant elephantosque transgredientes  
in ipso uallo conficiunt: quorum corporibus cum oppleta  
esset fossa uelut agger aut ponte iniecto transitum hos-  
tibus dedit. Ibi per stragem iacentium elephantorum atrox  
edita cedes. alta in parte castrorum iam pulli erant cam-  
pani punicumque presidium & sub ipsa porta caput quod  
uulturnum fert pugnabat neque tam armati irruentibus  
romanis resistebant. quod quo balistis scorpionibusque instru-  
ta millibus procul hostes arcebat. Et suppressit impe-  
tum romanorum uulnere imperatoris app. claudii cui uulnus  
ante prima signa adhortanti sub leuo humero summum  
pectus celo idu est. Magna tamen uis hostium ante portam  
est celsa. ceteri trepidi in urbem compulsi. Et hanibal postquam  
cohortis hispanorum stragem uidit summaque uia castra  
hostium defendi omnia oppugnatione recipere signa &  
conuertente agmine peditum obiecto ab tergo equatu ne ho-  
stis instaret cepit. legionum ardor ingens ad hostem  
insequendum fuit. sed flaccus receptui cani iussit. sa-  
tis ad utrumque profectum ratus ut & campani quod haud  
multum in hanibale presidium esset & ipse hanibal sen-  
tiret. Celsa eo die quod huius pugne auctores sunt octo mi-  
lia hostium de hanibalis exercitu tria milia ex campa-  
nis tradunt signaque carthagenensibus quod decem adempta  
duo de xx. campanis apud alios nequaquam tanta mole  
pugne inueni plusque pauoris quam certaminis fuisse cum  
inopinato in castra romana numide hispanique cum ele-  
phantis irrupissent elephantum per media castra uaden-  
tes stragem tabernaculorum ingenti sonitu ac fuga ab-  
rumpentium uincula iumentorum facerent. Fraudeque

sup tumultū adiectam imissis ab hanibale qui habuit  
aliquem gnarum lingue latine. Iubē consulum uerbis  
quoniam amilla castra essent. prole quemq; militum in  
proximos montes fugere. Sed ea celeriter cognita fraus.  
oppressaq; magna cede hostium est. elephantos igni a cal-  
tris exactos. hoc ultimū ut cumq; initum finitumq; ē  
ante deditonem capue prēlium fuit. Media tuticus qui  
lūmus magistratus apud campanos est eo anno sepius  
lesiū erat loco obscuro tenuiq; fortuna ort<sup>2</sup>. Matrem ei<sup>2</sup>  
quondam pro pupillo eo procurantē familiare ostentū.  
cum haruspex respondisset summū quod esset impium  
capue peruenturum ad eum puerum. nihil ad eaz spē  
ad agnoscentē dixisse fert. noctu pditas res campanorū  
ubi summus honos ad filium meū pueniet. Ea ludifica-  
tio ueri & ipsa in uerum uertit. nam cum fame ferroq; ut-  
gerentur. nec spes ulla superesset listi in spem honorum  
erant honores detractantib<sup>2</sup>. Lesius querendo desertam  
ac productā a primoribus capuā summū magistratū ul-  
timus omnium campanorum cepit. Ceterū hanibal ut  
nec hostes elici ampli<sup>2</sup> ad pugnam uidit. nec p castra  
eorum prumpi ad capuam posse. ne suos quoq; comme-  
atus intercluderent noui consules. abscedere irritō in-  
cepto & mouere a capua statuit castra. Multa secū quo-  
iam ire pgeret inde uoluenti subiit animū impet<sup>2</sup> caput  
iplum belli romā petendi. Cui<sup>2</sup> rei semp cupite. prēmilla  
occasionē post kannensem pugnam & alii uulgo timebāt.  
& ipse non dissimulabat. nec opinato pauore ac tumultu  
non eē despandum. aliquam partē urbis occupari posse.  
& si r<sup>2</sup> in discrimine eēt. capuam ex templo omitturos aut  
ambos impatores romanos aut alium ex his. Et si diui-  
sisset copias. utrumq; infirmiorē factum. aut sibi aut  
campanis benegerende rei fortunā daturōs eē una ea  
cura angebat. ne ubi abscessisset ex templo dederentur  
campani: numidam promptū ad omnia audenda do-  
nis plicuit. ut lris acceptis spē transfuge castra romana  
ingressus altā parte capuam clam puadat. lre autē erat

7

adhortatione plene. protectionem suam que salutaris illi  
foret abstructuram ad defendendam romam ab oppugnā  
da capua duces. atq; exercitus romanos. ne despondent  
animos tollerando paucos dies totam soluturos obsidio  
nem. Inde naues in flumine uulturno comprehensas  
duci gladio. quod iam ante presidii causa fecerat castelli;  
iussit. aquarum ubi tantam copiam eēt. ut una nocte exer  
cit' traiei posset allatum est cibariis decem dierum pre  
paratis. deductas nocte ad fluuiū legiones ante luce tra  
iecit. 8 Id prius q̄ fieret. ita futurum comptum ex trā  
fugis fluuius flaccus senatui romā cū scripsisset uarie ho  
minum aī. pro cuiusq; ingenio affecti sunt. ut in re tam  
trepida senatu ex templo uocato. p. cornelius cui a sine to  
gnomen erat. exercitus omnesq; duces ex tota italia neq; ca  
pue. neq; ulli' alteri' rei memor ad urbis presidium reuo  
cabat. Maximus abscedi a capua fabi' terretiq; & circūagi  
ad nutus cōminationesq; hanibal flagitiosum dicebat.  
qui ad cannas uictor. ire tamen ad urbem ausus non eēt  
eum a capua repulsum. spem potiunde urbis rome cepit  
se. non ad romam obsidendam. sed ad capue liberandā  
obsidionem ire romam. Cum eo exercitu qui ad urbē eēt.  
iouem federum ruptorum ab hanibale teste. deosq; alios  
defensuros eē. Has diuersas sententias media sententia. p.  
ualerū flacci uicit. quicq; utrisq; rei memor. impatoribus  
qui ad capuam essent. scribendum censuit. quid ad ur  
bem presidii esset. quantas hanibal copias duceret. aut  
q̄nto exercitu ad capuam obsidendam opus eēt. ipsos scit.  
Si & romā e ducebus alē & exercit' pars mitti posset. ut ab  
reliquo & duce & exercitu capua recte obsideret. inter se  
computarent claudi' filiiusq; ut' obsidenda capua. ut  
ad prohibendam obsidione patriam romam ueniendum  
esset. hoc senat' consulto capuam plato. Q. filii' p. cons.  
cui college ex uulnē exrediundum romam esset. e tribus ex  
citibus milite lecto. ad q̄ndecim milia peditū. mille eq̄s  
uulturnū traducit. Inde cum hanibalem latina uia itus  
satis compisset. ipse p appie municipia queq; pp eam uiam

sunt sedicam oram lauinium premisit ut comeat<sup>9</sup> patos  
& in urbibus haberent & ex agris deuili in uiam proferrent  
presidiaque in urbes contraherent ut sua cuique res p<sup>9</sup> i manu  
esset. hanibal quo de uulturno est transgressus, haud peul  
a flumine castra posuit postero die praeter cales in agrum  
sedicinum puenit. Ibi diem unum populando motatus p  
suessulam allifauumque & casinatem agmen uia latina duc.  
Sub casinum biduo statua habita & passim p<sup>9</sup>lationes facit.  
Inde praeter intaniam acqnumque in fregellanum agrum ad  
lirim fluum uentum ubi intercisum pontem a fregellanis  
morandi itineris causa inuenit. Et fuluio uulturnus tenu  
erat anis nauibus ab hanibale incensis rates ad traicien  
dum exercitum in magna inopia materie egre compantem.  
Traiecto ratibus exercitu reliquum fuluio expeditum iter  
non p<sup>9</sup> urbes modo sed circa uiam expositis benigne com  
meatibus erat. alacresque milites alius alium ut adderet gra  
dum memor ad defendendam uir<sup>9</sup> patriam hortabantur. Ro  
mam fregellanus nuntius diem noctemque itinere continuato  
ingentem attulit terrorem tumultuosi<sup>9</sup> que allatum erat  
cursum hominum affigentium uana auditis totam urbem con  
ciliat. ploratus mulierum non ex priuatis solum domibus  
exaudiebat sed undique matrone in publicum effuse circa  
deum delubra discurrunt crinibus sparsis aras uerentes  
nix genibus supinas manus ad caelum ac deos tendentes  
orantesque ut urbem romanam e manibus hostium eriperent  
matresque romanas & liberos paruos inuiolatos seruariant.  
Senatus magistratibus in foro praesto est si quid consules uelint  
alii accipiunt impia disceduntque ad suas quisque officiorum  
partes alii offerunt se si quo usus ope sit presidia in ar  
ce in capitolio in muris circa urbem in monte etiam alba  
no atque arce esulana ponunt. Inter hunc tumultum Q  
fuluio proconsul profectum a capua affertur cui ne mi  
nueretur impium si in urbe uenisset decernit senatus  
ut Q fuluio par eum consulibus impium esset.

Hanibal infestius p<sup>9</sup>lato agro fregellano prope incisos pon

tes pferentinatem frusinatemq; & anagrinum agrum  
 ī laucanum uenit. inde algrido tusculum petiit. nec recep-  
 tus menibus infra tusculum dextrorsum gabios descen-  
 dit. Inde in pupinam exercitu demisso octo milia passuū  
 ab roma posuit castra. quo propi<sup>o</sup> hostis accedebat. eo ma-  
 ior cedes fiebat fugientium. precedentibus numidis. plu-  
 resq; omniū generum atq; etatum capiebant. In hoc tu-  
 multu fului<sup>o</sup> flaccus porta capena cum exercitu romaz  
 ingressus. media urbe p cāmas esquilias contendit. In-  
 egressus inter esquinam collinamq; portam posuit castra.  
 Ediles pleb cōmeatum eo comportarunt. Consules senat<sup>o</sup>  
 q; in castra uenerunt. Ibi de summa re. p. consultatum  
 placuit consules circa portas collinam esquinamq; ponē  
 castra. C. calpurnium pretorem urbanū; capitolio atq;  
 arci p̄esse. & senatum frequentem in foro contineri. si  
 qd in tam subitis reb; consulto opus eēt. Inter h; hani-  
 bal ad anienem fluuiū tria milia passuum ab urbe cal-  
 tra admouit. Ibi stadius positus. ipse cum duob; milib;  
 equitum a porta collina usq; ad hercul templum ē pro-  
 gressus. atq; unde proxime poterat menia. situmq; urb;  
 obequitans contemplabatur. Id eum tam licent<sup>o</sup> atq; oci-  
 ose facē. flacco indignum uisum ē. Itaq; imilit equites.  
 sūmoueriq; atq; in castra redigi hostiū equitatum iussit.  
 Cum cōmissum prelium eēt. consules transfugas numi-  
 datum. qui tum in auentino ad mill. & cc. erant. media  
 urbe transire esquia iusserunt. nullos aptiores int<sup>o</sup> con-  
 ualles testaq; ortorum & sepulebra & uacuas undiq;  
 uias ad pugnandum futuros rati. quos cum ex arce ca-  
 pitolioq; diuo publico in eqs decurrentes qdam uidisset.  
 captum auentinū conclamauerunt. Ea res tantum tumē-  
 tum ac fugam prebuit. ut nisi castra punica extra urbem  
 fuissent. effusa se omnis multitudo pauida fuerit. Tunc  
 in domos atq; in testa refugebant. uagolq; in uis suos ho-  
 stilib; lapidibus telisq; inceslebant. nec comp̄mi tumēt<sup>o</sup>  
 apiriq; error poterat. refertis itineribus agrēstium tur-  
 ba pecorumq; q; repentin<sup>o</sup> pauor in urbē compulerat.

Equestre prelium sedm fuit. summotiq; hostes sunt. Et qa  
multis locis comprimendi erant tumult<sup>o</sup> q; temē oriebantur.  
placuit omnes q; dictatores. cons. censores ue fuisset.  
cum impio eē. donec recessisset a muris hostis. Et diei  
quod reliquum fuit. & nocte insequenti mlti temē exci-  
tati tumult<sup>o</sup> sunt. compressiq;. Postero die transgress<sup>o</sup> 11  
amne hanibal in aciem omnes copias eduxit. nec flac-  
cus consulesq; certamen detrectauere. Instructis utiq;  
exercitib; in eis pugne casum in qua urbs. e. premium  
uictori esset. ymber ingens grandine mixtus ita utraq;  
acie turbauit ut uix armis retentis in castra se se rece-  
perint. nullius rei minore q; hostium metu. Et postero  
die eodem loco acies instructas eadem tempestas dire-  
mit. ubi recepissent se in castra mira serenitas cum tran-  
quillitate oriebat. In religionem ea res apud penos uer-  
sa est. auditaq; uox hanibalis fertur. potiunde sibi urbē  
e. modo mentē non dari. modo fortunam minuere etiā  
pmeli<sup>o</sup>. & alie parue magneq; res. Magna illa q; cum ipē  
ad menia urbē e. armatus sedēt. milites sub uexillis i sup-  
plementum hispanie profectos audiūt. parua haud qd  
eos dies. eum forte agrum in quo ipse haberet castra. ue-  
nisse. Nihil ob h<sup>o</sup> diminuto pretio cognitū ex quodaz cap-  
tuo est. Id uero adeo supbum atq; indignum uisum. eis  
soli quod ipse bello captū possideret. haberetq; inuentū  
e. emptorem. ut ex templo uocato precone. tabernas ar-  
gentarias. que circa forum e. essent. iusserit uenire. hui<sup>o</sup>  
mot<sup>o</sup> ad tutiam fluuū castra retulit. sex milia passuū  
ab urbe. Inde ad lucū feronie pgit ire. templū ea tēpe-  
tate inditū diuitiis. Capenates alique accole eius erant.  
pmitias frugum eo. dona q; alia pro copia portantes. ml-  
to auro argentoq; id exornatum habebant. His omnib;  
donis tum spoliatum templum eris acerui. cū ruderā  
milites religione induti iacerent. post pfectionē hani-  
balis magnum ueriti. hui<sup>o</sup> populatio templi haud du-  
bia intē scriptores ē. Celi<sup>o</sup> romam euntē. hac fiteo deuer-  
tisse hanibale tradit. iterq; ei<sup>o</sup> ab reate. cupiliisq;. & ab a

mitino orditur ex campania in lanium. inde in pelignos puenisse. preter que oppidum sulmonē instituit in martinos tranlise. Inde albenſi agro in marſos. hinc amitnum foruloſq̄ uicū ueniſſe. neq̄ ibi error eſt. q̄ tanti exercit⁹ ueſtigia intra tā breuis eui memoriā potuerint confundi. Ille & enim ea conſtat. Tantum id intereſt uenerit ne eo itinere ad urbē an ab urbe in campaniam redierit. Ceterum nā q̄ntum t̄. pertinacie ad p̄mendā obſidione capuam romanis fuit tantū ad defendendam hanibali. namq̄ & lucanios in brutium agrum ad fietum ac regii ſe occuſu contendit. ut prope repentino aduentu in cautos opp̄ſerit.

Capua & ſi nibilo ſegni⁹ oppreſſa per eos dies fuerat. t̄. aduentum flacci ſenſit. Et admiratio orta ē non ſimul reſeſſum hanibalem. Inde p̄ colloq̄a intellexerunt relictos ſe deſertor q̄ & ſp̄ capue retinende deploratam eē apud penos. Acceſſit edictum p̄ conſ. ex ſenatus conſulto propoſitum. uulgatūq̄ apud hoſtes. ut qui ciuis campanus ante certā diem t̄. ſiſſet. ſine fraude eēt. nec ulla facta ē tranſitio metu maḡ eos q̄ fide continente q̄a maiora in deſeſtione deliquerant q̄ q̄b̄ ignoſci poſſet. Ceterum quemadmodum nemo puato concilio ad hoſtem tranſibat. ita nibil ſalutare ī mediū conſulebat. nobilitas rem p̄ deſeruerat. neq̄ in ſenatum cogi poterant. In magiſtratu autē erat. qui non ſibi honorem adieciſſet ſ; in dignitate ſua uim ac ius magiſtrati quem gerebat dempſiſſet. Jam ne in foro quidem aut publico loco p̄ncipum quiſq̄ apparebat. domib̄ inclulipatrie occaſum cum ſuo exitio dies expectabant. Summa cure omnis in hoſtarem hannonemq̄ p̄ſeſtos p̄ſidii punici uerſa erat. ſuo non ſotiorum piculo ſollicitos. hū conſcriptis ad hanibalem lris non libere modo ſed etiā ſupbe. quibus non capuam ſolum traditam in manum hoſtib̄. ſed ne quoq̄ p̄ſidium in om̄s crucatus p̄ditos inculabant. abiſſe cum in brutios uelut auertēte ſe ne capua in oculis ei⁹ capetur. at hercul. t̄. ne oppugnatione quidem urb̄ t̄. abſtrahi a capua obſidenda



potuisse. tanto constantiore inimicum romanū q̄ amicum  
penū esse. Si redeat capuam bellumq̄ omne eo uertat &  
se & campanos paratos eruptioni fore. non cum reginis  
neq̄ cum tarentinis bellum gesturos transisse alpes ubi  
rome legiones sint. ibi & cartaginensium exercitus de  
bere eē. Sic ad cannas sic ad trisimenum rem bñ gesta;  
coeundo conferendoq̄ cum hoste castra. fortunam ten  
tando. In hanc sententiam līē conscripte numidis ppo  
sita mercede iam professis opam dantur. hū spē trāsfu  
garum cum ad flaccum in castra uenissent. ut inde  
tempore capto abirent. famelq̄ que tam diu capue erat  
nulli non probabile causam transitionis faceret. mulier  
repente campana in castra uenit scortum transfugarū  
uni<sup>9</sup> indicatq̄ impatori romano numidam fraude com  
posita transisse litterasq̄ ad hanibalem ferre. Ad unuz  
ex his q̄ sibi rem apuillet. arguō se se patam eē. produc  
tus primo satis constantet se mulierem simulare ignora  
bat ignorare simulabat. paulatim dein conuictus ue  
ris cum tormenta polci & parari uideret. falsus id ita  
eē. littereq̄ prolata. & additum etiam inditio quedam  
celabatur. & alios spē transfugarū numidas uagari in  
castris romanis. Hi sup. Lxx<sup>9</sup> comprehensi. & cum transfu  
gis nouis mulctati uirgil. manibusq̄ præcis capuam redi  
gunt. Conspēctum tam suppitiū fregit animos campanorū  
Concurfus ad curiam populi factus coegit lesiū senatū uo  
care. & primoribz q̄ iam diu publicis consiliis abetant  
propalam minabant. nisi uenirent in senatum. circa domos  
eorum ituros se. & in publicum omnes ui extracturos eē.  
Is timor frequentem senatū magistratui præbuit. Ibi cum  
ceti de legatis mittendis ad impatores romanos ageret.  
viii<sup>9</sup> iuni<sup>9</sup> q̄ defectionis auctor ab romanis fuerat intro  
gatus sententiam. Negat eos qui de legatis & pace ac dedi  
tione loquant̄ meminisse se. ne quid facturi fuerint. si  
romanos in potestate habuissent ne qd̄ iplis patienduz  
sit. Quid uos inqt̄ eam deditionem fore censetis. qua  
quondam ut aduersus sannites auxiliū impetrarem<sup>9</sup> nos

13

nostraque omnia romanis dedimus. Jam e memoria excessit  
quo tempore & in qua fortuna a populo romano deferim?  
Jam quemadmodum in defectione presidium quod poterat e-  
mitti per cruciatum & ad contumeliam necaremus. quoties  
in obsidentis quae inimice erupimus castra oppugnari? ha-  
nibalem uocauerim? ad opprimendos eos hoc quod recu-  
tissimum est ad oppugnandam romam hinc eum misim?  
Age contra quae illi in nos infeste fecerint. repetite ut ex  
eo quod speris habeatis. Cum hostis alienigena in italia esset.  
& hanibal hostis. & cuncta bello arderent. omisso omisso  
omnibus omisso hanibale ipso. ambo consules. & duos con-  
sulares exercitus ad capuam oppugnanda miserunt. alius  
annum circunvallatos. inclusosque nos fame macerant. &  
ipsi nobiscum ultima pericula grauissimos labores per-  
petuati. circa uallum ac fossas sepe trucidati. & prope ad extremum  
castris exuti. Sed omitto hoc. uetus atque uisitata res est in opp-  
ugnanda hostium urbe labores ac pericula pati. Illud ut at-  
que odium execrabilis inditium est. Hanibal ingentibus copiis  
peditum equitumque castra oppugnauerit. ut ex parte cepit.  
tanto periculo nihil moti sunt ab obsidione. profectus trans-  
ualturnum pulsit calenum agrum. nihil tantorum sonorum  
clade auocati sunt. Ad ipsam urbem romam infesta signa  
ferri iussit. eam quoque tempestate iminentem sperauerunt.  
transgressus anienem amnem tria milia passuum ab urbe cal-  
tra posuit. postremo ad menia ipsa & ad portas accessit.  
romam se adempturum eis. nisi omitterent capuam. ostendit.  
& non omiserunt feras bestias ceco impetu ac rabie concu-  
tatas. si ad cubilia & catulos earum ire pergerat. ad operam suam  
ferendam auertas roma circumsessa romanos. coniuges. li-  
beri quorum plorat? hinc prope exaudiebant. aere. foci. deorum  
delubra. sepulchra maiorum temerata atque uiolata a capua  
non auerterent. tanta auuiditas supplicii experendi. tanta lan-  
guinis nostri hauirendi est sitis. nec iniuria forsitan nos  
quoque id ipsum fecissem? si data fortuna esset. Itaque quoniam  
aliter diis immortalibus uisum est. cum mortem nec reculare quod  
debeam. cruciatibus contumeliisque. quas sperat hostis. dum

libet. dum mei potens sum. effuge morte pretq̄ honesta  
etiam leui pollum. non uidebor apud claudiū & Q. fului-  
um uictoria insolenti subnixos. neq̄ uinet̄ p̄ urbem roma-  
nam triumphī spectaculum trahat. ut deinde in carcerem  
aut palum deligat̄. lacerato uirgis t̄go. ceruicem securi ro-  
mane subiciam. nec dirui incendiq̄ patriam uidebo. nec  
rapi ad stuprum matres campanas. uirginesq̄ & ingenuos  
pueros. Albam unde ipsi oriundi erant a fundamentis p̄-  
ruerunt. ne stupris ne memoria originū suarū extaret. ne-  
dum eos capue paruos credam. cui infestiores q̄ cartagi-  
ni sunt. Itaq̄ q̄bus uestrum aī fato credē. q̄ hec tot aēba  
uideant in animo est. his apud me hodie epule instructe  
paratēq̄ sunt. faciatis uino ciboq̄. poculum idē quod m̄  
datū fuerit circumferet̄. Ea potio corpus a cruciatu. animū  
a contumeliis. oculos auresq̄ a uidentis. audiendisq̄ om-  
nibus acerbis indignisq̄ que manent uictos. uinducabit.  
parati erunt q̄ magno rogo in propatulo edii accenso cor-  
pora exaiata iniuciant. Hęc una uia & honesta & liba ad mō-  
tem. & ipsi uirtutē mirabunt̄ hostes. & hanibal fortes soci-  
os sciet ab se desertos ac proditos esse. Hanc orationem 14  
uiui plures audierunt. cum assensu q̄ forti aīo id quod  
probabant. exequi potuerunt.

Maiores pars senat̄ multis sepe bellis. exptam pp̄. r̄. clemētā  
haud diffidentes sibi quoq̄ placabilem fore. legatos ad de-  
dendam rō. capuam decreuerunt. miseruntq̄ uirriū uiuiū  
septem & xx. ferme senatores domū secuti sunt. epulatiq̄  
cum eo & q̄ntum facē potuerunt. alienatis mentibz uino ab  
imminentis senlu mali uenenum omnes sumplerunt. In  
nullo conuiuio dextris inter se datis. ultimoq̄ cōplexu  
collacrimantes sui patrieq̄ calum. alii ut in eodem rogo ē  
marent̄ manserunt. alii domos digressi sunt. Implete uino  
cibisq̄ uene min̄ efficacem ī maturanda morte. uim ueneni  
fecerunt. Itaq̄ noctem totam pleriq̄ eorum. & diei inleq̄n-  
tis partem iū cum animam egissent. omnes tamen p̄us q̄  
apuent̄ hostibz porte. expiratuē. post̄o die porta iouis que

aduersus castra romana erat. iussu proconsul apta est. Ea  
intromissa legio una & duo ale. cum q̄ fuluio legato. Illos  
omnium p̄mum arma tellaq̄ que capue erat ad se conferē.  
da curasset. custodius ad omnes portas dispositis. ne quis  
exire. aut emitti posset. presidium punicum comprehendit.  
senatum campanū ire in castra ad imperatores romanos iul.  
sit. quo cum uenissent. ex templo his omnibus catene iuncte.  
Iussiq̄ ad questores deferrent quod auri argenti haberent.  
auri pondo. Lxx. fuit. argenti tria milia pōdo. & cc. senato.  
res. v. & xx. cales in custodiam. duo de xxx. theanū milli.  
15 quorū de sententia maxime desitum ab romanis consta.  
bat. De supplicio campani senat<sup>o</sup> haud quāq̄ int̄ fuluium  
& claudium conueniebat. Facilis impetrādē uenie claud<sup>i</sup>.  
fuluii sententia durior erat. Itaq̄ appi<sup>o</sup> romam ad senatum  
arbitrium ei<sup>o</sup> rei totum reuocabat. p̄cundandi etiam equum  
eē p̄tatem fieri patrib<sup>o</sup>. non coicassent consilia. cum aliq̄s soti.  
orum latini nominis municipiorum & non ope eorum in  
bello forent. at municipiorū adiuti. Id uero minime cōmit.  
tendū esse. fului<sup>o</sup> dice. ut sollicitarent<sup>r</sup> criminibus dubiis so.  
tiorū fidelium animi. & subiicerent<sup>r</sup> iudicibus quis neq̄ qd  
facerent quicq̄ unq̄ pensi fuisset. Itaq̄ se & questionē op.  
pressurum extindurumq̄. Ab hoc sermone cum digressi es.  
sent & appi<sup>o</sup> quis ferociter loquentē collegam non dubita.  
ret. tamen lras sup̄ tanta re ab roma expectatus. Fului<sup>o</sup> ne  
id ipsum impedimentum incepto foret. dimittens pretoriū  
tribunis militum. ac prefectis sotiiorum. impauit uti. cē.  
equitū delectis denuntiarent ut ad tertiam buccinā p̄lto  
essent. Cum hoc equitatu nocte theanū profect<sup>o</sup>. p̄ma luce  
portā intrauit. atq̄ in forum p̄xit. Concursumq̄ ad pri.  
mū equitum ingressum facto. magistratum sedicimū citari  
iussit. Impauitq̄ ut producerēt campanos. quos in custodia  
haberet. producti omnes. uirgilq̄ celi ac securi p̄culli. Inde  
citato equo cales procurrit. ubi cum in tribunali consedisset.  
productiq̄ campani ligarent<sup>r</sup> ad palum. eques cit<sup>o</sup> ab roma  
uenit. litterasq̄ a q̄ calfurnio pretore. fuluio tradit. Mur.  
mur ab tribunali totā contionem p̄ualit. deferri rē integraz

ad patres de campanis. Et fuluius id ita esse rat<sup>o</sup> acceptas lēas  
neq; resolutas cum ingremio reposuisset. preconī impauit.  
ut litorem lege agē iuberet. Ita quoq; de his q; calibus erant.  
sumptū supplitiū. Tunc lēe lecte. Senatusq; consultum ad ipe-  
diendam rem actam serū que summa ope appata erat. ne  
ipecti posset.

Consurgentē iam fuluium Taurea Iubeli<sup>o</sup> campanus p mediaz  
uadens urbem turbamq; nomine inelamauit. & cum mira-  
bundus. qd nam se se uellet inquireret residens flaccus:  
Me quoq; inqt iube occidi. ut gloriari possis. multo fortiorē  
q; ipse et uirum abste occisum eē. Cum flaccus negaret pfecto  
satis compotem eē mentis. modo prohiberi etiam se si id  
uellet. Senatusconsulto diceret. Tum Iubeli<sup>o</sup> quando quidez  
inquit capta patria. propinquis amicisq; amissis. cum ipse  
manu mea coniugem libosq; interfecerim. ne quid indigni  
paterentur. mihi ne mortis quidem eadem copia est. que  
his ciuibus meis. petatur a uirtute inuise. hui<sup>o</sup> uite uindicta.  
atq; ita gladio quem ueste texerat. p aduersum pectus  
transfixus ante pedes impatoris moribundus procubuit.  
Quia & quod ad supplitiū attinet campanorum & plera-  
q; alia de flacci un<sup>o</sup> sententia acta erant. mortuum. app. clau-  
diū. sub deditiōnem capue quidam tradunt. Hunc ergo ip-  
sum Tauream n3 sua sponte uenisse cales. neq; sua manu in-  
terfectum. sed cum int̄ ceteros ad palum deligatus. qd pa-  
rum int̄ strepit<sup>o</sup> exaudiri possent. que uociferabant. scilē-  
cium fieri flaccum iussisse. Tunc tauream illa que an̄ me-  
morata sunt. dixisse. uirū fortissimum ab nequaq; pari ad  
uirtutem occidi. Sub hoc dicto iussu pconsulis preconē ita  
pronuntiasse. Litor uiro forti adde uirgas & in eum p̄mu3  
lege age. lectum quoq; senatusconsultum pri<sup>o</sup> q; securi fe-  
riret. quidam auctores sunt. Sed quia ascriptum in sena-  
tusconsulto fuit. si ei uideretur integram rem ad senatus  
reicēt. interpretatum eē. quid magis e re pub<sup>ca</sup>. ducēt ex-  
timationem sibi pmissam. Capuam a calibus est reditum.  
Athlāq; & calatia in deditiōne accepte. Abi quoq; in eos  
qui capita rei erant. animaduersum est. Ita ad. Lxx p̄ncipes

senatus interfecti. & ccc. ferme nobiles. Campani in carcere  
conditi. Alii p. sotiorum latini nominis urbes in custodias  
dati uariis casibus interierunt. Multitudo alia campanorum  
ciuium uenundata de urbe agroq. reliqua consultatio  
fuit. Quibusdam censentibus delendam urbem preualidam  
propinquam inimicam. Ceterum p. nis utilitas uicit. nam  
preter agrum quem omni fertilitate terre satis consta-  
bat primū in italia eē. urbs seruata est. ut eēt aliqua  
oratorum sedes urbi frequentande. multitudo incolarū  
libtinorum q. & institutorum opificumq. retenta. Ager oīs  
& terra publica p. romani facta. Ceterum habitari tantum  
tanq. urbem capuam frequentariq. placuit. corp. nullum  
ciuitatis. nec senatum. nec plebis conciliū nec magistratus  
esse. sine consilio publico. sine impio multitudinē nulli  
rei int. se sotiam ad consensum in hanibalem fore. p. fectū  
ad omnia iura reddenda. ab roma quot annis missuros.  
Ita ad capuam res compositae. consilio ab omni pte laudabi-  
li seuerē & celeterit. imax. noxios animaduersum. Multi-  
tudo ciuium dissipata. in nullam spem reditus. nō leuitū  
incendiis ruynisq. intesta. innoxia. murosq. & cum emolu-  
mento. quesita etiam apud sotios lenitatis spes. t. eolumita-  
te urbis nobilissime. opulentissimeq. cui. ruinis omnis  
campania. omnes q. capuam circa accolunt p. igemuisse.  
Confessio expressa hosti q. nta uis romanis ad expetēdas  
penas ab infidelibus sotis. & q. nihil auxiliū in hanibale  
esset. ad receptos in fidem tuendos.

17

Romani p. consules p. funeti quod ad capuam attinebat  
cura. tum neroni ex his duabus legionibus. quas ad capuā ha-  
buerat. vi. mil. peditum. & ccc. equites. quos ipse legisset. &  
sotium latini nominis peditum parem numerum. & viii.  
equites decernunt. Eum exercitū puteolis in naues ipoli-  
tum. Nero in hispaniam transportauit. Tum taraconē na-  
uibus uenisset. expositisq. ibi copiis & nauibus subductis.  
sotios quoq. naualis multitudinis augende causa arma-  
set. p. fectus ad hiberum flumen exercitum ab. T. fonteio.

& Martio accepit. Inde p̄git ad hostes ire. hasdrubal hamilecaris ad lapides arctos castra habebat mansetanis. Ille locus est inter oppidum ilicuroi & celentissimā. Huius saltus fauces nero occupauit. hasdrubal ne in arcto res esset. Caduceatorē misit. qui promitteret si inde nullus foret. se omnem exercitum ex hispania deportaturus. quam rem cū leto animo romanus accepisset. diem posterum hasdrubal colloquio petiuit. ut romani leges conscriberent de tradendis arcibus urbiū. dieq; statuenda. ad quā presidia deducerent. suaq; omnia sine fraude peni deportarent. quod ubi impetrauit. ex templo primis tenebris. atq; inde tota nocte. quod grauissimū exercitū erat. hasdrubal quūq; posset. euadere e saltu iussit. data sedulo opa est. ne multi ea nocte exirent. ut ipsa paucitas tum ad hostem silentio fallendum aptior. tum ad euadendum p̄ arctas semitas ac difficiles eēt. ventū insequenti die ad colloquium ē. Sed loquendo plura scribendoq; dedita opa. que in re non eēt. die consumpto. in postes dilatum est. Addita insequēs nox spatium dedit. & alios emittendi. nec postero die res finem inuenit. Ita aliquot dies disceptatio palam de legibus. noctesq; emittendis clam de castris carthagenensibus absūptae. Et praeferq; maior pars emissā exercitū erat. iam ne his quaeque ultro dicta erant. stabat min⁹q; ac min⁹ cum timore simul fide decretescente conueniebat. Jam ferme pedestres omnes copie euaserant e saltu. cum p̄ma luce densa nebula saltum omnem camposq; circa intexuit. Quod ubi sensit hasdrubal mittit ad neronem q; in postes diem colloquium differret. illum diem religiosum carthagenensibus ad agendum quicq; rei feriatum eēt. ne tum quidem suspecta fraus. Cum esset data uenia ei⁹ dies. ex templo hasdrubal cum equatu elephantisq; castris egressus sine ullo tumultu in tutum euasit. hora ferme quarta depulsa sole nebula aperuit diem. uacuaq; hostium castra cōspexerunt romani. Tum deinde claudis punicam fraudem agnoscens. ut se dolo captum sensit. proficiētem institit sequi. patius confligere acie. Sed hostis detērabat

18

pugnam. Leuia tamen prelia inter extremum puniceū agmen præcursoresq; romanorum fiebant. Inter hæc hispaniæ populi nec qui post eladem acceptam defecerant redibant ad romanos. nec ulli noui deficiebant.

